

PRENCIPES
EN
FRANCOYS











note des pieces contenues dans ce volume.

1. principes en françois. ant. Denidel. 4°. omis D.

2. ant. martinelli epitoma seu regule constructionis. (1492) parisiis, alex. de mediolano . . . . . 4°. D. 659

3. Regule elegantiarum augustini Dati familiari comment. declarate. (cum francisci Nigri expositione) a judoco chlichtoveo. parisiis, Denis Roce. . . . . 4°. omis D.

4. tractatus de orthographia (johann. carthusiensis) parisiis, ant. Denidel. . . . . . 4°. omis D.

5. ars versificatoria rob. gaguini . . . . . 4°. omis D.

6. fr. bapt. Mantuani de suorum temporum calamitatibus paris, Michel Lenoir, 1498 . . . . . 4°. D. ~~659~~ 878

7. auli persii flacci satyrarum opus. (parisiis), michiel Tholoze. . . . . 4°. omis D.

voir dans le Recueil 12° X. 308 Réserve (~~6~~ 7e pièce)

Pellechet Polain 4149.

REGVLE ELEGANTIARVM Augustini Dati familiari cōmentario declaratę.·.



ODN. 3



¶ Iudocus Clichthoueus Neoportunẽsis Theobaldo Paruo insigni doctori Theologo.

QVanquã litteraria disciplina (quã grãmaticẽ dicũt ceteris lõge dignitate sit inferior dignissime vir: vt que dũtaxat litteras / syllabas / dictiones / earũqȝ accidẽtia / & orationũ ex dictionibus cõpositionẽ doceat: cetere autẽ disciplinę mlto altiora & sublimiora cõsiderẽt: nõ tñ ceteris min⁹ necessaria ẽ: imo vero magis vtpote sine qua cetere acqri nequeãt. Quofit vt nõ oino pretermittẽda / negligẽdaqȝ sit: illis presertiqui ad litterarũ cognitionẽ aspirãt: imo vero tãto diligẽti⁹ expetẽda: quãto plures incõmoditates affert neglecta. Quis enĩ nullo iacto fũdamẽto solidũ cõstruxerit ędificium? Quo ingoenio surgẽt parietes & tecta nullis basib⁹ta nixaqȝ? Grãmaticã autẽ ceterarũ disciplinarũ basim & fundamentũ esse ambigit nemo: quod nisi firmũ fuerit quicquid superextruxeris corruet. Nẽpe vocibus significantur que in aĩmo & cogitatiõe versãtur: & sermo ad consequẽdas disciplinas vt apprime necessari⁹ ita accõmodatissimus ẽ. quẽ haud secus docet grãmatica recte cõponere: q̃ mater linguã vernaculã: quocirca & mater ẽ & nutrix ceterarũ disciplinarũ: quas siẽ grãmatica sibi vẽdicare potest nemo: vt neqȝ puer adolescere q prius a matris vberibus nõ pepẽderit. De ipsa aũt cũ diuersi diuersa tractauerit & sui laboris monumẽta posteris tradiderĩt: inter ceteros Augustin⁹ datus Senẽsis latinę linguę peritissim⁹ isagogico libello ita oẽm rectę loquẽdi rationẽ cõplexus ẽ: vt nihil quod ad hanc artẽ attineat pretermisisse videatur. Siqdẽ in eo mira breuitas ẽ: intellectui ad quippiã percipiendũ ĩ primis amica. Cui qdẽ breuitati annexa ẽ locupletissima sententia paucis ad modũ verbis comprehensa: & tãta insuper sermonis elegãtia verborũqȝ maiestas: vt eã ex Ciceroniana officina deprõpsisse videatur. Sed facit hec sermonis grauitas vt nõ facile ab adolescẽtibus capi possit: perinde atqȝ solidus cib⁹ a teneris infantulorũ dentib⁹ frangi & cõteri nequit: nisi nutricis cura & diligẽtia prius cõminuatur & molliatur Itaqȝ huiusce operis difficultatẽ clariori expositione tollendã ducẽs: familiarẽ in ipsũ cõmentationẽ parare aggressus sũ: & e tenebris erutũ adolescentũ oculis vel tenue lumẽ percipere valẽtib⁹ perspicuum efficere: quo adiuti iuuenes qui tuo equissĩo moderamine / curaqȝ peruigili bonis

litteris instituũtur: omnem loquendi barbariam exuant: & cũ tenera ętate latini sermonis eloquentiam imbibant: simul vt cęteri huius almę parisiorum achademię adolescentes (quib[9] presens opusculum ad cognoscendas elegantiarum leges lectitari & manibus versari solet) ex hoc meo quãtulocunq; studio commodum capiant/faciliorem q; habeant ad ipsum intelligendum viam. Nullam in eo sermonis leuitatem refugi: mihi persuadẽs nihil iuuenibus facile nimiũ tradi posse: molliores q; cibos teneriusculis annis gratiores esse. Adieci & breuem admodum in triginta regulas elegantiarum Francisci nigri declarationem. ꝙ ipse Augustini dati regulis apte respõdeant. Hoc igitur opusculum tuę dignitati commendatum: tuaq; fultum autoritate (si ita conducere tibi visum fuerit) in lucem exeat: & tuis auspiciis in cęteros transfusum: omnib[9] vtilitatem & emolumentum afferat.

Vale.

AVGVSTINI DATI SENENSSIS ISAGOGICVS libellus in eloquētię pręcepta ad andream domī Christofori filiū: cū familiari cōmētatōe Iudoci Clichthouei neoportuēſis.

CRedimus iamdudum a pleriſqꝫ viris etiā diſertiſſis ꝑſuaſi: tū demum artē quēpiam in dicēdo nōnullā adipiſci: ſi veterū ſectatꝰ veſtigia: optia ſibi quiſqꝫ ſemp ad imitandū ꝓpoſuerit. Neqꝫ enī qui diatiꝰ in Marci Ciceronis lectione verſatꝰ ſit non in dicēdo & ornatus / & copioſꝰ eſſe poterit. Nam & horridiora crebrius conſectati: ipſi quoqꝫ aridi / ieiuni / & inculti fiāt neceſſe ē. Lectitanti igiť mihi Ciceronis volumia (quē eloquētię parentem appellauerī) pauca ānotatione digna viſa ſūt: qbꝰ ſi vtemur vulgarium ſermonem aſpernati: ad eloquentiam proximius accedemus.

Ars.
Imitatio.
Exercitatio.

Cum tria ſint qbus perfectā eloquētię artē cōſequi poſſumꝰ: ars ſcilicet / imitatio & exercitatio: Ars ē pręceptio quę dat certā viā / rationēqꝫ loquēdi. Imitatio eſt / que īpellit cū ratione: vt aliorum ſiles ī loquēdo efficiamur. Exercitatio ē aſſiduꝰ vſꝰ / cōſuetudoqꝫ recte loquēdi. Artem traditurꝰ ē auctor: certis qbuſdā legibꝰ breuiſſie cōprehenſam: mīme tñ ſie aſſidua exercitatione pro ſuturā: vt facille ītelligāt oēs hanc preceptionis rationē: ad exercitationē accōmodari oportere. Ad imitationē aūt hoc prohœmio ſtudioſiſſim quēqꝫ īuitat: eiꝰ oñdēs vtilitatē ꝙ via ē facillis ad verā eloquētię cognitōem ꝑueniēdi: cū qs eo pacto loq conabiť quo latinę līguę ꝑitiſſī locuti ſunt. At nō oēs temere imitādos monet: ſꝫ eum doctos ſolū & Ciceronē īprimi oim facile oratorū pricipē q quāto fuit aliis eloquētia pręſtātior: tāto & cęteris ad rectā imitatōeꝫ pręferēdꝰ ē. Quod & Quītilianꝰ de Cicerone loquēs his verbis admonet. Hūc igitur ſpectemꝰ: hoc propoſitū ſit nobis exēplū: ille ſe profeciſſe ſciat: cui Cicero valde placebit Ergo qdā ex Cicerone. notata

elegantiarũ documẽta auctor se traditurũ profitetur: ad exornãdã orationẽ multũ cõducẽtia. Isagoge plurali nũero & prima inflexiõe/aut isagoge:es: significat ĩtroductionẽ: hoc est primã eorũ q̃ ad alicui⁹ sciẽtię cognitionẽ perducũt traditionẽ. Inde liber isagogicus latinę introductorius dicitur: q prima alicui⁹ artis rudimẽta/gradatim tradit. Ieiuni/inculti/ & aridi sũt: q triste habẽt oratiõis genus & minime gratũ. Illi vero horridiora cõsectati dicũtur: q auctores imitãtur incultos & scabrosos. Vulgariũ sermonẽ aspernati sũt: qui ineptos loquendi modos & apud imperitũ grãmaticorũ vulgus vsurpatos refugiũt: Nã aspernor/aris deponẽs ẽ significãs spernere/inde participiũ aspernatus.a.um. Quid sit imitatio: hec facile similitudo ostẽdet. Pictor q nõdũ artẽ pictoriã perfecte cõsecutus ẽ: imaginẽ pictã ãn oculos statuit: & illã diligẽtius cõtẽplatus/vt similẽ efformet. Sic q eloquẽtię studet: virorũ eloqẽntiũ exẽpla pponere debet: eorũ loquẽdi rationẽ & formã cõsiderare: secundũ quã multas similes oratiões effingat: & tãdẽ assiduo vsu peritus euadet: Qđ etiã Quitilianus decio de ĩstitutiõe oratoria libro testat̃ dicẽs: Neq; dubitari potest: quin arti pars magna cõtineatur imitatiõe. nã vt inuenire primũ fuit: ẽ q; precipuũ: sic ea que bene inuenta sunt vtile sequi Similem raro natura prestat: frequenter imitatio. Quitilian⁹

¶ Primũ preceptũ varietati/cõmutatiõiq; vt studeamus. Se cũ id ĩprimis quisq; admonẽdus sit: quod rhetor ille diligẽtissim⁹ & insignis admodũ orator Fabi⁹ Quitilianus de orationis ptibus dicere cõsueuit. Neq; eni leges sũt oratorũ quadã veluti imutabili necessitate cõstitutę: nec rogationibus (vt idẽ dicebat) plebisue scitis sãcta sũt ista precepta: sed vti ĩ statuis/picturis/poematib⁹/cęterisq;: ita quoq; in exornãda viri eloquẽtis orẽ plurimũ sẽper roboris ac venustatis habuit varietas. Atq; (quod dici solet) tenẽdũ/cauendũq; illud est ante oĩa: ne ars vlla dicendi (si fieri potest) esse videatur. Hec igitur lex prima cõmutationis/varietatisq;: q̃ eruditorũ aures nõ difficile iudicent. Quitilian⁹

Hoc igit̃ iacto fũdamẽto: ꝑpauca deiceps scribã Andrea amice suauissi͞e: q̃ & si nõ sẽp: vt plurimũ tñ his rõib⁹ tibi seruãda erũt. Sed iã nr̃i istituti ita nascet̃ exordiũ.

Imprimis elaborandum est ne semꝑ eodẽ loquendi genere vtamur sed oratõem nr̃am diuersis modis exornem⁹. Et hoc potissimũ obseruat̃ cum eãdẽ sẽtentiã mł̃tis modis exprimere sciuerimus. vt amo te mł̃tũ: sic ornati⁹ dicitur: mirifice te amo / sũmo pe te diligo / vnice te colo / te sũmo amore ꝓsequor / tibi vero amore deuict⁹ sũ / sincero i te amore affect⁹ sũ / sigł̃ari tibi beniuolẽtia sũ cõiũct⁹ / magna mihi tecũ ẽ amicitia / te miro cõplector amore / nõ possũ te ñ amare. Ad hoc etiã mł̃tũ cõducit vocabuloꝶ synonimoꝶ cognitio: quoꝶ varietate oratio quoq3 variat̃: vt si qs nouerit q̧ h̨ dictões elegãs / ornat⁹ / eloquẽs splẽdid⁹ / cõcĩnus / lepid⁹ / pulcher / venust⁹ / decor⁹ si ad orõem referãtur idẽ significãt: poterit facile diuersas cõficere orões. Vtit̃ aũt auctor testio͞nio Quĩtiliani oratoris sane clarissi: q i secũdo de institutione oratoria libro hoc iteresse dicit iter leges oratoꝶ & leges ciuiles: q̧ h̨ sẽp: ille nõ semꝑ obseruari debeãt: sed cũ aures doct̨ iudicauerit eẽ oportunũ: q̃rũ qdẽ iudicio oĩs oratoꝶ ꝑceptio submittit̃. Quod aũt varietas i orõe mł̃tũ exornet: triplici iducit similitudie. Prima est de statua: q̃ quãto magis fuerit diuersis celata modis: tãto ẽ ornatior Secũda ẽ de pictura i q̃ lineamẽtoꝶ diuers̨ ꝓtractões & colorũ varietates maxie cõmẽdant̃. Tertia ẽ de poetarũ carmib⁹ q̃ varia inuẽtione & figuris respersa: venustissĩa sũt. Nõ tñ ars debet i orõne emiere / ãt affectata videri: qđ qdẽ fit cũ repugnãte loco & iuitis aurib⁹: violẽter aliq̃ regł̃a poti⁹ iculcat̃ q̃ obseruat̃. Debet em̃ liberis habẽis fluere oratio. Ergo caput est artis: nõ videri vti arte.

Rogatões. plebiscita. — Rogationes sũt constitutões populi fact̨ ꝑpł̃o iterrogato: velletne tales cõstitutões ordiari. Plebiscita vero sũt decreta & cõstitutões plebis. vñ plebis noíe c̨teri ciues romani p̃ter patricios & senatores significant̃. Et scitũ. ti. nomẽ substãtiuũ: est decretũ. Scire em̃ siue sciscere iterdũ statuere significat. Plynius. idẽ legẽ sciuit: ne cui plebeio plusq̃ cẽtũ iugera habere liceret. Sãcta / apꝓbata cõfirmata. Et veit a verbo sãcio. is. ire. quod significat apꝓbare iñ sãctio. onis. constitutio. Hoc iacto fũdamẽto / hoc facto pricipio. iacere em̃ fũdamẽta: icipe ẽ. Nr̃i istituti / nr̃i ꝓpositi Nã istituere iterdũ ꝓponere significat

Plynius.

Secundum pr̨eceptum de situ suppositi verbi & appositi in oratione.

¶ Plerũq3 eni qui oratorįe artis floribus: ac phaleratis (vt aiunt) verbis studẽt: cõtra tritã vulgatãq3 grãticoꝶ

cõſuetudinẽ dãnãtes:qđ i calce abſolute orõis locari cõ
ſueuit:id illi poti⁹ coaptãt initio Qđ oẽ tibi exẽplo erit
manifeſti⁹. Scis plenã orõnẽ cõſtare trib⁹ ptib⁹:qđ ſup
poſitũ(vt eoꝝ ipoꝝ vocabulꝰ vtar)qđ verbũ/qđ appoſitũ
vocãt. Dicũt igiẽ grãmatici. Scipio aphricanus deleuit
carthaginẽ Ornatioris vero eloquij hões:cõuerſo poti⁹
vtũtur ordie Carthaginẽ Scipio aphrican⁹ deleuit. Illi
.M.T. Cicero vtitur familiariter. P. lentulo Nos vero
.P. lẽtulo. M.T. Cicero familiariter vtiẽ. Quib⁹ plane
exẽplis patere arbitror:appoſitũ primũ i orõe/ſuppoſi
tum mediũ/nouiſſimũ vero locũ verbũ tenere. Sed & ſi
quid p grãmaticoꝝ more p⁹appoſitũ ſitũ erit:id initio
orõis poni ſolet. Cui⁹ rei exẽpla ſubnectã. Scipio Emi
lian⁹ euertit Numãtiã vrbẽ opulẽtiſſimã hiſpaniẹ Hiſ
paniẹ opulẽtiſſimã vrbẽ Numãtiã Scipio emilian⁹ e=
uertit. Nõ ignoras multa eſſe genera ẹpiſtolaꝝ. Epi=
ſtolaꝝ genera multa eſſe nõ ignoras. Lycurgus cõdidit
ſctiſſimas leges lacẹdemoniis. Lacẹdemoniis ſanctiſſi
mas leges lycurgus cõdidit. multaqꝫ cõſimili ratione.
Appoſitũ igiẽ plerũqꝫ pricipio apponiẽ/ſuppoſitũ me
dio/fine verbũ. vt Areopagũ Solon Salamin⁹ primũ cõ
ſtituit. vbi grãmatici dicũt Solon prim⁹ cõſtituit Areo
pagũ. Cẹterũ diuerſis ordinib⁹ & locis locãdẹ ſũt ptes
p auriũ iudicio:qꝫ quidẽ ſolo vſu comparatur.

Oratoriẹ artis florib⁹ ſtudẽt:q̃ eloquẽtie dant opã:oratoria ſuas ora
tiones venuſtate decorare laborãtes. Grãmatici vero ſũt q ſolã ptiũ
oratõis i debitis accidẽtib⁹ cõuenientiã q̃rũt:ſermonis ornatum nihili
faciẽtes. Et hi eo qdẽ ordie dictiones i orõe cõſtituũt:quo ad cogno
ſcẽdam ſentẽtiã cõſtrui debẽt:vt prio poniẽ ſuppoſitũ:ſecũdo verbũ:
& tercio appoſitũ. vt ſitus dictionũ reſpõdeat ordi cõſtructõis. Ora=
tores vero oppoſito penit⁹ ad cõſtructõis ordinẽ ſcitu dictões locãt
vt quod vltio cõſtruiẽ prio ponũt loco. & quod prio cõſtruiẽ:ponũt i
fine. Ad cui⁹ clariorẽ cognitõem noſcere dignũ ẽ. qꝫ oratio abſoluta
ſiue plena ẽ/q̃ pfectã cõtinet ſẽtẽtiã Et illa ex trib⁹ pot ſſim cõponi
ẽ ſcꝫ ſuppoſito/ꝟbos & appoſito Suppoſitũ ẽ noiatiu⁹ añ verbũ rect⁹ Suppoſitũ

Verbum. Verbū autē hic in ꝓposito:ē verbū ꝑsonale finiti modi. Appo
Appositum situ̅ ē cas⁹ post verbū rect⁹. Debet ergo scd̄m oratoꝝ leges pri
mo loco appositū poni/scd̄o suppositū & tercio verbū. vt vbi
grāmatic⁹ dicit: gloria comitat̄ virtutē: poti⁹ dicendum ē vir
tutē gloria comitat̄. Studeāt aūt ꝓ virib⁹ adolescētes: verbum
pricipale in fīe oroīs ponere. Nihil eñ illa grati⁹ ē oroe: q̄ in
q̄ verbū pricipale vltīm sortit̄ locū vt te sanū eē(qd̄ ꝑfecto mi
hi fuit iucundissim)ex tuis lr̄is ītellexi. Quod si qd̄ in cōstruc-
tione sequat̄ appositū vt genitiuus ab eo rect⁹ aut q̄libet alius
obliqu⁹: debet in oratione p̄poni apposito: vt qd̄ cōstructōe vl
timū ē: sit primum situ et e diuerso: vt grammatic⁹ dicit. obtu
sitatē labor emollit īgenii. Orator vero dicit. īgoenii obtusita
tē/labor emollit. Similiter grāmatic⁹ dicit. Diligētia superat
grauissimā difficultatē cuiusq̄ rei. Orator vero dicit. Grauis-
Scipio aphricanus simā cuiusq̄ rei difficultatē diligētia supat. Duo fuerūt sci
piones virtute ad modū īsignes. Prior aphricanus cognomi
nat⁹. q̄ ī scd̄o bello punico Hānibale tādem deuicto Cartha-
ginē aphrice vrbē celeberrimā ī romanoꝝ potestatē redegerit
Scipio Emilianus. Posterior Emilian⁹ cognomīat⁹/est: a scipione aphricano ad
optatus: hic ī tercio bello punico Carthaginē subuertit: Nu-
mātiā hispanię vrbē fame diuti⁹ afflictā cepit: vt narrat lucius
Lycurgus. florus libro secūdo epithomatū de bello numantino. Lycur
gus(de quo auctor ponit exēplū)fuit lacedemonioꝝ priceps
clarissim⁹: q̄ vt cōditis a se legib⁹ eternitatē daret: patriā spō-
te reliq̄t/ & increta ꝑpetuū egit exilium. moriēs iussit ne sua os
sa lacedemōna referrēt: vt nō crederēt lacedemonii se iuramē-
to solutos esse: quo recedēs lycurg⁹ eos astrixerat: vt ei⁹ scili-
cet leges seruarēt donec reuerterentur. dequo lati⁹ tractat Iu-
Lacedemō. stin⁹ libro tertio epithomatum. Lacedemō onis: vel lacede
monia e est vrbs laconię: quę etiam sparta ę vel sparte es: voca
Solon. tur. inde lacędemoni⁹ & spartan⁹ noīa adiectiua. Solon fuit
Salamis. vnus ex septē sapiētibus grecię patria Salamin⁹. Vnde salami
inis. vel salamis vel salamina. e. est insula in Euboico mari: cō
tra Athenas sita: vrbē habens sui nominis: ex qua solon oriun
dus salamin⁹ dict⁹ est. hic athenien sibus leges dedit & Areo-
Areopagus pagum īstituit. Areopagus latine martis vicus dicitur: nam vi-
cus erat Athenis: a templo martis sic cognominatus. ī quo ex
actissimum de arduis rebus agebatur iudicium: inde Areopa-
Areopagita gite iudices qui in Areopago iudicabant hinc diuus Dyonisi⁹
Phalera. Areopagita cognominatus est. Phalęra phalerę(licet freque̅
Virgilius. tius pluraliter dicatur)equorum est ornamentum. Virgilius.

Primus equum phaleris insignē victor habeto inde phalęrat⁹ phaleris ornatus Transfertur aūt hoc nomen ad aliarum rerū vt orationis ornamenta.inde phalęrata verba dicūt ornata & splendida.

Tercium preceptum de aduerbiorū situ.

Iam vero de aduerbiis(quę sunt veluti adiectiua verborum)dici potest: vbiuis loci ponenda esse: vbi demū aptius congruere visa fuerint:modo in pricipio/modo in fine/modo interiecta iter vtrū q̄. qua in re diligenti vtendum est consilio. Sed prope verbum frequentius peruenustam reddūt orationem:vt Fabius maximus ante alios fortiter atq̄ animose pugnauit. C. Lelius Scipione familiarissime vtebatur. Clementissimus cesar humiliter ignoscebat. Nunc vero ad reliqua.

Aduerbia vocantur adiectiua verborum:quia determinant significationem verborum quibus sūt adiecta:vt nomina adiectiua suorum substantiuorum. Possunt autem aduerbia poni pro scribentis arbitrio:vbi aptior eorum locus visus fuerit. Sed maximā afferunt orationi venustatem:quando stāt iuxta verbum quod determinant. Omnis enim determinatio prope suum determinabile locari petit. Vt me tua beneficentia benigniter subleuasti. Ille me hospicio humaniter suscepit. Aduerbia tamen suspensiua:quę vno verbo non sunt cōtēta: vt cōpletam faciant sententiam:sed duas saltem requirunt orationes:qualia sunt cum primum/vbi primum/quando primum/posteaq̄/simul ac/simul atq̄/donec/dum: in principio debent poni.vt cum primū te sanū esse percepi:non mediocriter gauisus sum.Sed de istis non datur hoc preceptum:quin potius de aduerbiis qualitatis:quę indifferenter in oratione ponuntur:vt iussa tua exequar diligenter. Inter verbum autem & aduerbium sequens eleganter ponitur ista coniunctio & quidē: vt tuo desiderio satiffaciam & quidem libentissime. Vbiuis loci/in quocunq̄ loco placet:vt principio/medio vel fine. Interiecta/interposita.ab inter & iacio venit ide interiectio nomē verbale interpositio.

Quartum preceptum de prepositionũ & integrarũ plerũq; orationũ inter adiectiuũ & substantiuum interiectione.

¶ Prepositiones perpulchre inter substãtiua atq; adiectiua nomina interiiciũtur vt feraci ĩ agro ornatissimo in loco/maximas ad res/ hanc ob causam/iustis de causis/aliaq; huiusmodi complura. Nec prepositiones solum: sed alia preterea. Eiusmodi nunc exempla. Maxima in republica diligentia/magna in parentes pietas/ incredibilis in oẽs ciues obseruantia/summa ĩ hostes liberalitas.

prima Hoc preceptum duas partes habet. Prima cum substantiuum est casuale alicuius prepositionis: illa prepositio eleganter inter adiectiuum & substantiuum suum casuale ponitur. vt nostris in edibus media in vrbe. 2a Secunda pars est inter adiectiuum & substantiuum eleganter ponitur prepositio cum suo casuali: vt summus in parentes amor habendus est: q multa in filios beneficia contulerunt Casuale autem prepositiõis est accusatiuus & ablatiuus ad prepositionem positus: qui & casus prepositionis dicitur.

Quintum preceptũ de interiectione genitiuorum inter duos nominatiuos & contra.

¶ Atq; etiam pulcherrimũ inter duos casus puta duos nominatiuos: aliquid cõtinue ponitur. vt omnia reipublice iura/constantes militum animi/ magna scœleratorum hominum flagitia. Ecõuerso etiam constituta ac transposita oratio plurimũ exornat vt huius claritudo viri/huius quirites auctoritate loci.

Hoc etiam preceptũ duas partes habet. Prima est genitiuus eleganter ponitur inter adiectiuum & substantiuum a quo regitur siue illa in nominatiuo siue altero quocũq; casu ponantur. vt Firma amoris constantia nulla aduersitate frangitur. Egregia Romanorum virtus vbiq; predicatur. Secũda pars

est inter adiectiuum & substantiuum in genitiuo posita: elegāter ponitur dictio regens illius substantiui: siue in nominatiuo siue quocunqꝫ altero casu posita: vt hec sunt nostri monumēta laboris. hoc munus est synceri pignus amoris. Ex his autem duobus preceptis facile haberi potest ꝙ inter adiectiuum & substantiuum aliquid venuste ponitur: aliquando nomen/aliquando pronomen/aliquando verbum/aliquando aduerbium: & sic de aliis partibus orationis. vt tuę quidem voluntati morem geram. Vera semper amicorum dilectio in aduersitate probatur. magnum profecto laborem pro te cœpi. Et quod hic de adiectiuo dicitur: etiā intelligendum est de demonstratiuo pronomine: quod vim quandam adiectiui obtinet: vt ea de re certi nihil habeo. Tuus ille singularis in me amor mihi profecto est gratissim⁹. Quirites romani a romulo (qui quirinus dictus est) nuncupati sunt. Ouidius. Vos vrbe virum prohibete quirites. Virgilius. Remo cum fratre quirinus iura dabunt. Quirites. Ouidius. Virgilius

Sextum preceptum de adiectiuorum situ.

Venuste etiam plerūqꝫ pręcedit adiectiuū nomē substātiuū: vt tua dignitas/optima virtus diuinū ingœniū/exquisita doctrina. Magni enī refert quo loco quęqꝫ dictio sita sit: quod testatur Boeti⁹ in suis cōmētariis: quos in Aristotelis librū conscripsit. vbi & Ciceronis & Virgilij ponit exempla. Boetij autē ipsius hęc verba sūt. Etenim q̄tū ad cōpositionē oratiōis spectat: maximū differt quo verba & noīa prędicationis sue ordine ꝓferātur. Multū enim interest ī eo quod ait Cicero: ad hanc te amentiā natura pepit/voluptās exercuit/fortūa seruauit: ita dixisse (vt dictū ē: an ita. Ad hāc te amentiā peperit natura/exercuit volūtas/seruauit fortūa. Sic enī minor ē sentētię magnitudo/minusqꝫ ī ea lucet id quod si sic cōponat̄ emīet & sese vl̄ nolētib⁹ hoīm aurib⁹ animisqꝫ patefacit Boetius Cicero

Virgilius Rurſus cũ dicit Virgilius Paciq̨ ĩponere morẽ:
potuiſſet ſeruaſſe metrũ ſi ita dixiſſet: moreq̨ im
ponere paci: ſed eſt debilior ſonꝰ: nec eo ictu ver
ſus tã pręclare vt nũc cõpoſitꝰ diceret̃ :quod idẽ
nõ ẽ apud dialecticos. Hec Boetiꝰ. Nũc ad reliq̃.

Cũ triplex ſit adiectiuũ: noiale vt clarus/pronoiale vt tuus
ꝑticipale vt ſpectatus: hoc preceptũ cõmune ẽ oibus adiecti=
uis ſcȝ ꝙ elegãtius adiectiuũ pręcedit ſubſtãtiuũ vt clarũ in=
geniũ/tuus animꝰ/ſpectata fides. Subiũgitur ab auctore do=
cumẽtũ ad oia pręcepta cõmune: ꝙ magna eſt differẽtia quo
loco vnaq̨q̨ dictio ĩ oratiõe ponatur qñ q̨dẽ ſua cuiq̨ dictio
ni loca cõgrua ſũt: quibꝰ mutatis oratio nõ eã prę ſe fert venu
ſtatẽ: q̃ haberet ſi oia debito cõſtarẽt ordie: quod ĩ recto q̨dem
auriũ iudicio cognoſci poterit. Sicut eñ ĩ edificio cõſtruẽdo
lapides nõ temere ponũt̃ ĩ muro: ſed hi apte primo/hi medio
& hi poſtremo accõmodãt̃ loco. Sic ĩ latia oratiõe aliq̃ dictio
nes apte ꝓponũtur/aliquę ĩterponũtur/& aliquę poſtponũtur
Qđ cõfirmat auctor diui ſeuerini Boetii auctoritate: q̨ in pri
cipio quĩti libri ſecũdę ęditionis in librũ de interpretatiõe: ſi=
ue perhihermenias Ariſtotelis: Ciceronis in oratione ſoluta
ponit exẽplũ ſũptum ex oratione eius in Catilinã & virgilii
Intereſt etiã ĩ carmĩe affert teſtimoniũ ex ſexto eneidos. Hec verba
Refert imperſonalia intereſt & refert pro differt elegãter ponũtur cũ
aduerbiis quãtitatis paulũ/parũ/aliquantulũ/multũ/plurimũ.
Terentius Terentius. paululũ intereſſe cenſes ex aio hec oia vt fert natu
ra facias: an de induſtria. Sic quod vulgariter dicũt: ẽ totũ idẽ
nihil ẽ ad dicendũ: elegãtius dicitur nihil refert vel nihil inter
eſt. Ponũtur etiã venuſte cũ genitiuis magni/parui/ maximi/
minimi/mĺti plurimi: vt magni ĩtereſt/ꝑui fert: quod vel ſola
Dialectica textus cõpoſitiõe ẽ manifeſtũ. Dialectica e vel dialectice es:
cum ĩ latino & cantet ſcribi debet: ſcientia eſt veri/falſiq̨ in=
dagatrix que & logica dicitur. inde dialecticus adiectiuum ſi
gnificat dialectice peritum.

Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur:
vt preſtantiorẽ te vidi neminẽ. Scipione clariorẽ
in libellicis laudibus inuenies neminẽ. Tua erga
me beniuolentia/tuo in me animo gratius eſt ni=
hil. Qui te ardentius amet: habes neminem.

Negatiua dictio est q̄ i se negationē icludit: per quā cū dictione affirmatiua explicatur. vt nihil: nō aliquid / nūq̄: nō nūq̄ nusq̄: nō vsq̄. Et elegāter i fine oratiōis ponitur: vt quē te magis amē: habeo profecto neminē. Tuis litteris mihi iocūdi⁹ ē nihil. Tui imemor ero nūq̄. Qui me tui sit amātior: iueies nusq̄. Similiter oīs (q̄ dictio affirmatiua ē & vniuersalis) cum suis cūdeclineis elegāter i fine ponitur: vt tuā virtutē mirātur oēs. Terētius. Nescio an que mihi dixit: sint vera omnia. Terentius

Octauū preceptū de possesso
ris ante possessionem situ.

Sed & possessor an̄ possessionē: vt optī viri diuitie / prestātis viri virt⁹ / prudētissimi hoīs cōsiliū.

Possessor ē nomē significās rē possidentē. Possessio ē nomē significans rē possessā. In oratione autē latina elegāter possessor ante possessionē ponitur. vt regis iperiū / patris autoritas / anī cōstantia / viri dignitas. Immo genitiu⁹ oīs elegātius suo regēti preponitur: quecūq; etiā fuerit genitiui ad noīatiuū habitudo. vt litterarū studiosus / virtutis amator. Et hoc eo venit: quia quelibet dictio recta venustius preponitur sue dictioni regēti: vt qui virtutē colit: magna quidē laude dignus est. Possessor Possessio.

Nonū preceptū de vsu gerun
diuorū nominū pro gerūdiis.

Quid vero pulchrius q̄ si pro gerundiis que appellant: vtamur gerundiuis nominibus? Ac tritum est Prisciani exemplum: veni causa amandi virtutē: veni amande virtutis causa. gratia gerēdi bella: gerendorū bellorū gratia. ad amplexandā virtutē magis q̄ ad amplexādū virtutē. Que vna preceptio optima est: crebraq; eius apud Marcū Tulliū aliosq; eloquētes viros fuit obseruatio.

Gerundiū est verbū participale quod in di vel i do vel in dū termiatur sine certa generis & nūeri determiatione. Et regit talē casū sicut verbum a quo descēdit. Sed gerundiuū ē nomē adiectiuū a gerūdio formatū: eiusdē cū eo significationis. Et declinatur per tria genera & per oēs casus in vtroq; numero. Gerundiū Gerūdiuū

Nec aliquē regit casū p⁹ se. sed pro suo substātiuo reqrit casum sui gerundii secū i oīb⁹ accidētib⁹ cōueniētē. Casū gerūdii vo co obliquum a gerundio rectum. vt non est mihi ocium narrandi hanc rem: ibi narrandi gerundium est. No est mihi ocium huius rei narrande: ibi narrande nomen gerundiuum est. Vult ergo hoc preceptum ꝙ loco orationis de gerundio: elegantius vtimur oratione de gerundiuo. Sed vt facile sciant oēs vnam orōem i alterā cōuertere summope obseruādū ē: ꝙ gerūdiuū in eodē casu maneat i quo fuit gerūdiū: & casus gerūdii in eodē ponat casu cū gerūdiuo: si pri⁹ alterius casus fuerit. Casus aūt gerūdii eiusdē maneat generis & numeri cui⁹ añ fuit: & gerūdiuū nomē ei in genere & nūero conformet. Debet eñ obliqu⁹ ille substātiu⁹ gerūdiuo suo adiectiuo in casu accōmodari: & gerūdiuū debet sui substātiui gen⁹ & numerū seq: vt sic in trib⁹ genere/numero/ & casu cōueniāt. Vt homo nat⁹ est ad cōparādum virtutē: sic elegātius đr: homo nat⁹ ē ad cōparādam virtutē In scribēdo epistolas op⁹ est arte: sic melius In scribēdis eplīs op⁹ est arte. Et eo pacto varia possunt formari exēpla ꝑ generū nūerorū & casuum diuersitate. Tritū/ vulgatum/ consuetum/ vsitatum/ & frequēter vsurpatum: nomē est cōparationem recipiens.

.Decimum preceptum de congruentia nominis relatiui plerumqꝫ cum consequente.

Nunc aūt multa cōficiā q̄ si diligēter aduerteris: haud parū ornat⁹ latino cōducēt eloqo. Sed id mihi iprimis aīaduertendū videt: vt cū tria fuerint/ ātecedens/ cōseques & eoꝵ mediū re latiuū nomē: si sit id cōseqūēs vel hoīs vel rei cuiuspiā ꝑprium nomē: relatiuū consequēti semꝑ cōgruat: alioquin nō latina oratio fit: sed a doctissimoꝵ hoīm cōsuetudine lōge aliena. Alias potest cū alterutro cōuenire. si nō cōsequat proprium nomē. Quā rem facile exēpla declarāt: & priscoꝵ autoritates cōplures. M. Cicero primo Tusculanarū questionum. Studio sapientię quę philosophia dicit. Et sexto de re publica. Concilia/ coetusqꝫ hoīm iure sociati: quę ciuitates appellant. Atqꝫ iterū. ex illis sēpiternis ignibus: quę vos sydera & stellas nuncupatis.

Cicero.

Salustij quoq illud tritũ est. Est locus in carcere qđ Tullianũ appellatur, innumerabilia in vetustis codicib⁹ id gen⁹ iuenies. Nec id ẽ grãmaticę artis viciũ: quod qdem ignari litterarũ arbitrant. Sed & nos aliquid exẽplorum afferamus. Pręclarum est Ciceronis op⁹: qui Cato maior dicit. nã ꝙ cato maior dicitur non latine ꝓfertur: Cõsimiliter. vrbis viscerib⁹ cõsulendũ est: qui sũt ciues ꝑditi viri ex vrbib⁹ pellendi sũt: quę est ciuitatum pernicies/ & sẽtina dedecoris. Plerumq igit relatiuum nomen cum eo concors est quod sequitur. Salustius.

Antecedẽs est nomẽ substantiuũ ꝑcedẽs relatiuũ. Cõsequẽs nomẽ substantiuũ sequẽs relatiuũ. Nomẽ relatiuũ ẽ hoc relatiuũ q q̃ quod: i quo quidẽ poti⁹ q̃ in aliis relatiuis hec regl'a seruata cõspicitur. Et huius precepti due sunt partes. Prima ẽ: si relatiuũ ponatur iter duo noĩa substãtiua diuersorũ generũ ãt numerorũ: & sequẽs nomẽ substãtiuũ fuerit propriũ nomẽ alicui⁹ rei: sic ꝙ per verbũ vocatiuũ ibidẽ positũ significetur alicui⁹ rei denominatio: tũc relatiuũ debet sẽper cõuenire cũ sequẽti: & nõ cũ prędẽti substãtiuo. Quod si cõuenerit cũ pręcedẽti: oratio nõ erit latina vt ẽ vrbs ĩ gallia quod lugdunũ appellatur & nõ quę. Est flumẽ apud Parisios: q Sequana dicitur & nõ quod sequana dicitur. Nec debet illud substãtiuũ sequẽs eẽ sẽper proprie qualitatis: sed sufficit: ꝙ alicui⁹ rei nomẽ exprimere significetur: q̃uis etiã appellatiuũ sit: vt satis declarãt exẽpla textus Nec ẽ in istis orationibus aliquod viciũ cõtra grãmatice preceptiões: imo pŕm ornatus. Secũda pars ẽ. Si relatiuũ ponitur inter duo noĩa substãtiua diuersorũ generũ ãt numerorũ/ & sequẽs nõ sit nomẽ propriũ alicui⁹ rei: sic ꝙ ibi nõ ponatur verbũ vocatiuũ: tũc potest illud relatiuũ cõuenire cũ precedẽte vel cũ sequẽte. Vt fugiẽdũ ẽ ociũ: quę oim malorũ ẽ mater: vel quod oim malorũ est mater. Virgilius Nec partem posuere suis: quę maxima turba ẽ. Pernicies/ exiciũ euersio/ destructio/ inde perniciosus/ noxius/ & exialis. Sẽtina locus ĩ ima naui: ad quẽ vndiq defluit sordes: & aqua ipsius nauis. Trãsfertur autẽ ad omnẽ illuuiẽ & malorũ congeriẽ: & sic translaticię viri perditi & mali dicũtur sentina dedecoris hoc est cumulus viciorum & omnis infamię.

Antecedẽs. Cõsequens Nomen relatiuum.

Virgilius in sexto Aenei

Pernicies.

Sentiua.

Vndecimũ preceptum de congruentia in casu ex tribus: eorum duorum que proximius iunguntur.

Illud quoq; spectãdũ ẽ: nam cũ tria existãt quorũ vnũ relatiuũ sit nomẽ: freqũetissime eorũ duo in eiusdẽ casus existu cõueniũt. nam (vt exẽplicã dicam aliquid) siq̃s hũc sermonẽ ꝓtulerit: liber ĩ quo de virute agit҃ pręclarus est: rectius atq; ornatius dixerit: ĩ quo libro de virtute agit҃ pręclar⁹ ẽ. Cõcordãt namq; eodem casu ex tribus duo illa: quę maiori vicinitate iuncta sunt. Aliud iterũ exẽplũ huiuscemodi sit: quas misisti litteras ad me iocundę fuerũt. Sermonẽ quem audistis / nõ est meus. Quã existimas Demosthenis orationẽ: eschinis est. Atq; huius sermonis crebrum iuenire poteris apud veteres vsũ. M. T. officiorũ primo. Quorũ aũt officiorũ pręcepta tradunt҃ ea q̃q̃ ꝓtineant ad finẽ bonorum. Virgiliusmaro ĩ eneide primo vrbẽ quã statuo vęstra est. Terentius in andria. Post hac quas faciet de ĩtegro comedias spectandę an exigẽdę sunt vobis prius. Idem populo vt placerent: quas fecisset fabulas Idem. quas. credis esse has non sunt verę nuptię. Atq; eiusmodi sermo plurimum exornat.

Cicero.
Virgilius.
Terentius.

Cum tria ĩ oratione fuerint: primo ãtecedẽs ĩ noĩatiuo ꝑositũ: secundo relatiuũ ĩ obliquo: & tertio verbũ vel adiectiuũ cuius illud ãñcedẽs est suppositũ vel sustãtiuũ: vt liber quẽ mihi misisti est mendos⁹: elegãti⁹ mutat҃ ãñcedẽs in eũdẽ casũ cũ relatiuo q̃uis videatur discõuenire cũ adiectiuo vel verbo sequẽte: nullum eñi ẽ in tali orationũ gñe grãmatice viciũ: imo maximus ornatus. vt quã mihi misisti librũ est mendosus. Ouidius. Cecidere manu q̃s legerat herbas. Et potest ĩ oratõe elegãti ãñcedẽs preponi relatiuo sicut & postponi: dũmodo cũ illo

Ouidius.

in casu cõcordet nã ꝗuis diuersus dictionũ situs variat elegã-tiam: non tamen congruitatem. Ergo vt exẽpla textus aperte ostendunt: non minus congrue dicitur litteras quas ad me dedisti fuerunt gratissime: ꝗ quas ad me dedisti litteras fuerũt gratissime Terẽtius in eunucho. Eunuchum quem dedisti nobis: quas turbas fecit? Veruntamen maior est orationis elegãtia quando antecedens postponitur relatiuo: & hinc frequentius ab autoribus antecedens postpositum inuenitur. Siquidẽ elegantius hoc relatiuũ qui: suũ antecedens in situ precedit: vt preclara ẽ (quã oẽs laudãt) amicitia: magna ẽ (qua ĩ te afficior) beniuolẽtia. Quod siqs voluerit aliquod exẽplũ huius precepti grãmaticaliter cõstruere nõ debet sumere exordiũ ab antecedẽte obliquo: sed subaudire antecedẽs in recto: quod sit suppositũ verbi / aut substãtiuũ adiectiui postpositi: deĩde antecedẽs obliquũ coniunctũ cũ relatiuo cõnectere: vt quas ad te litteras dedi mea manu scripte sũt: sic rite ordiatur: littere (quod subaudiri debet) scripte sũt mea manu: quas litteras ad te dedi. Demosthenes grecorũ fuit orator clarissim[9]. & Eschines etiã orator fuit insignis demostheni iimicus. hi cũ ãbo ĩ causa Ctesiphontis cõtenderẽt: eschines accusãdo / & demosthenes defendẽdo: vicit demosthenes. Cui[9] cũ oratio (vt diuus testatur hieronym[9] ĩ ꝓlogo biblie) legeretur corã eschine tũc rhodi exulãte: quã orationẽ demosthenes in eũ habuerat mirãtibus cũctis atqȝ laudantibus suspirãs eschines ait. Quid si ipsã audissetis bestiã sua verba resonantẽ? De his plani[9] locutus ẽ quĩtilianus libro septimo de institutione oratoria & decimo.

Demosthenes Eschines.

Hieronymus

Duodecimum preceptum de auxesi positiuorũ cum per.

Id quoqȝ dignissimum ẽ ãnotatu vt cum positiua exaugere velimus noĩa: vt his per prepositum accedat. Cicero in eplã ad curionem. cui & charus equesis & periocundus. Idem de oratore prio. Perbeati quinte frater illi videri solent. Terenti[9] ĩ eunucho. perpulchra credo dona haud nostris similia. nam pergratum valde gratum significat: & in oratione lepide personat.

Cicero

Terentius

Exaugere positiuum est vocem positiui retinendo: maiorẽ significantie vim alicuius additione exprimere. Et id dupliciter fit. Primo per cõpositionem huius dictionis per pro val-

Exaugere positiuum

de cum positiuo vt litterę tuę mihi pergratę fuerūt & periocundę. Comparatiuis autem & superlatiuis nūq̃ debet adiūgi per: vt nō dicendum est pergratior neq; pergratissimus. Verū tamen aliquę dictiones positiui gradus nō recipiūt per i cōpositione. sed loco eiꝰ hanc prepositionē prę. vt pręclarꝰ pręclarior pręclarissimus pręcelsus prępotēs pregrādis predurꝰ. Secūdo augetur significatio positiui: additione aduerbiorū significātiū valde: & hoc sine cōpositione. qualia sūt admodū mirū in modū / maiorē in modū / apprime / īprimis sane / egregie / vt sequentia precepta apertius declarabūt. Auxesis / augmentum / crementum / incrementum: idem.

Auxesis

xiii preceptū de superlatiuis cū mlto longe & q̃.

At superlatiuis multo. longe. & q̃ aduerbia preponimus: id quod sępenumero perpulchrū videri solet. vt longe amantissimus vestri / multo oīm fortunatissimus. Et ago tibi q̃maximas gratias.

Superlatiuus bifariā augeri potest. primo per cōpositionē aduerbii q̃ pro valde: vt litterę tuę mihi fuerūt q̃ gratissimę: āt additionem aduerbiorū multo & lōge sine cōpositione: vt sū tibi oīm lōge charissimꝰ: virtus ē mlto oīm dignissīa. De huiꝰ autē aduerbii q̃ ordinatiōe quiq; notādę sūt regulę. Prima. q̃ pro valde nō adiūgitur positiuis: nisi precedāt quędam aduerbia sexto & quadragesimo precepto declarāda. vt nō dicimꝰ q̃ iocūdus ē mihi tuus aduētus. Secūda. q̃ pro valde: suplatiuis venuste adiūgitur. vt q̃ plurima in me beneficia cōtulisti & nō cōplurima: ediuerso cōplura dicimus & nō q̃plura. Tertia. q̃ pro quātū positiuis & verbis pulchre preponitur. vt q̃beatus forē si mihi tecū viuere liceret: q̃ gauderē si te sanūesse intelligerē. Quarta. q̃ pro quātū nūq̃ iūgitur superlatiuis: nisi sequātur hec verba possū / valeo / queo vt faciā hoc q̃ optīe potero. Terētius in eunucho. Nisi vt te redimas captū: q̃ queas minimo. Quīta. Neq; q̃ pro valde: neq; q̃ pro quantū cōparatiuis adiūgi potest vt nō recte dicimus hec mihi res ē q̃ gratior neq; faciā q̃ melius potero sed bene: faciā quāto meliꝰ potero Secūdo augetur superlatiuus adiūctione istorū aduerbiorū lōge & multo. vt Cicero ē lōge oīm eloquētissimꝰ: hector ē troianorū mlto fortissimꝰ. Et quicquid his tribꝰ p̃ceptis de augēdis gradibꝰ cōparatiōis dicit: ęque de aduerbiis vt nomibꝰ itelligitur Quintilianus li. x. de institutiōe oratoria. Ita se res habet: curandū est vt q̃ optīe dicamꝰ: dicēdū tn̄ pro facultate.

Terētius

Quītilianꝰ

xiiii preceptū de cōparatiuis cū mlto aut longe.

Comparatiuis vero vel multo vel longe pręponi solet. vt iusticia multo pręclarior est ceteris virtutibꝰ: & Socrates lōge aliis philosophis sapiētior.

Comparatiui significatio augetur adiūctione istorū aduerbiorum multo & longe: vt virtus mlta est dignior opibus: & rebus caducis lōge pręstantior. Hec autem aduerbia positiuis nō iungūtur: vt nō recte dicimus: longe doctus multo bonus. Ediuerso valde aduerbiū: positiuis & verbis adiungitur: non autē cōparatiuis & superlatiuis: vt valde sapiēs bene dicimꝰ: nō valde sapiētior/ neqꝫ valde sapiētissimus. Pręterea multo & longe iungūtur nominibus & aduerbiis diuersitatē significantibus vt longe alia mihi mens est. Terētius. Verum multo aliter euenire intelligit. Ornate etiā addūtur verbis excellentiā significantibus: qualia sunt presto/ antecello/ vinco/ supero vt Cicero longe pręstat cęteris eloquētia. Deniqꝫ iungūtur & istis pręposi tionibus ante/ post/ & pre: vt multo ante te veni lōge post te recessi Socrates: philosophi nomen. Terētius

xv preceptū de quibusdā nominibus q̄ a grecis ꝑfecta declinationē mutāt

Illud nequaq̄ ōmiserimus ꝙ cū noīa quępiā sunt ꝑfecta a gręcis tercię flexionis: & obliquos casꝰ habētia q rectos superāt: latini oratores frequētissime casibus genitiuis illorū quibusdā immutatis: fingūt aliarū declinationū noīa & genus seruant. qualia sunt poematū entymematū delphinꝰ & elephantus & lāpada: q̄ a plerisqꝫ tertia flexione ꝓferūtur. poema entymema/ delphi/ elephas/ lāpas. hāc tu obseruationē diligēt māda meōrie

Nomina tercie declinationis formata a nominibus grecis & crescentia in genitiuo singulari: mutantur frequenter a latinis eodē semper genere manente in aliam declinationē: aliquādo in primā vt ether eris ethera e: vt in illo hymno quem terra ponthus ethera colunt adorant predicant: ethera nominatiuus singularis est. lampas lampadis lampada e. aliquādo vero in secundam declinationē in us vt elehpas elephātis elephantus ti. Terentius in eunucho. elephantis quem rex indicis prefecerat. sic delphin inis: delphinus i. Aliquando vero in secundam declinationem in um vt poema atis poematū i Terētius

Aulus Aulus gellius. in poematis quoq3 & in epistolis veterū scriptū plurifariam: Et fit hec formatio alterius declinationis: a genitiuo singulari crescente nominis tercie declinationis litterarū mutatione. vt genitiui delphinis mutata i vocali vltimę sillabę in u fit delphin⁹ & hui⁹ genitiui elephātis mutata i postreme syllabę vocali in u: fit elephantus. Virgilius in tercio eneidos.

Virgilius Dona dehinc auro grauia sectoq3 elephanto. Quo fit vt alterius declinationis nomen formatum superet nominatiuū nominis tercię declinationis a cuius genitiuo formatur sicut & ipse genitiuus a quo formatur. Vt elephantus tetrasyllabū est & etiam genitiuus elephantis: elephas autem trysillabum. & idem nomen a genitiuo formatum est equum ī syllabis genitiuo a quo formatur vt genitiuus delphinis tres syllabas habet & etiam nomen formatum ab eo delphinus.

xvi preceptum vt eleganter ostendemus quippiā nobis eē iocūdū/vtile/vel honestū & cetera id gen⁹

Cum autē volumus ostendere nobis aliquid iucundum honestum/vtile esse: datiuis cū verbo vtimur sum es est substātiuorū: quorū illa adiectiua sūt. Nā(ne ab exēplis discedā)quid aliud significat: hec res mihi iucunditati est: q̄ hec res ē mihi iucūda? ideq3: ispę mihi tuę litterę fuerūt gaudio: quod est ad gaudium vel gaudium mihi attulerunt Pręclara vrbis ędificia ciuib⁹ decori sunt. vicia dedecori sunt viris: id est dedecus pariunt viris deq3 ceteris consimili ratione.

Cum nomen adiectiuum significans vtilitatem vel damnū honestū vel turpe/delectabile vel triste: adiungitur verbo substantiuo sum es est: elegantius mutatur in suum substantiuum datiui casus. Vt hoc est tibi vtile: sic elegantius: hoc est tibi vtilitati. hec res est mihi dānosa: sic venusti⁹: hec res est mihi dāno Ouidius Ouibus sua lana decori est. Siquidem pulcherrime verbum substantiuum duobus datiuis iungitur. Terenti⁹. Ne hec res sib esset infamię. Virtus hominibus splendori ē & ornamēto. Ego tibi semper ero pręsidio: dum iniquitas tibi odio fuerit: & quod vulgariter dicitur: hoc faciet tibi maximū bonū: sic rectius dicetu: hoc tibi maximo erit emolumēto.

Verbum afficio & pulchrũ ẽ & late patet: nã affi cio te voluptate:id est tibi voluptatẽ afferto. affi= cio te honore:id est facio tibi honorẽ/ & te hono ro.afficio te laudibus: id est te laudo. afficio te p bro:id est vitupero te. afficio te cõmodis:id ẽ tibi cõmoda facio. afficio cadauera sepultura.i.cadaue ra sepelio. afficio inimicos iniuria .i. facio iniuriã inimicis. Atq similiter afficior dolore:id est do leo. afficior gaudio:id est gaudeo. afficior verecũ= dia:id est verecundor:latissimaq est huius verbi vsurpatio. Nec tamen lateat te:afficere dispone= re significare. hinc est Plauti illud. viua vox ma= gis afficit. Neq eni sine optimis causis tã lata/tã= q diffusa sit ei9 verbi significatio. Sed de hoc sat

Plautus

Quam sententiam superiore precepto per verbũ substanti= uum duob9 datiuis iunctũ autor explicare docuit:nũc docet exprimere per hoc verbũ afficio:quod fere significat facio vł infero:& habet in voce actiua accusatiuũ cũ ablatiuo sine pre positione:in voce autẽ passiua solũ ablatiuũ. Et debet oratio cõstituta ex hoc verbo afficio vł afficior:resolui per verbũ ab ablatiuo recto formatũ aut alterũ eiusdẽ significatiõis. Vt lit= terę tuę magno me affecerũt gaudio:hoc est fuerũt mihi gau= dio. Hic affecit me nimis:id est minatus est mihi. Sic afficere vulnere:est vulnerare. Afficere morte:iterficere. Afficere sup= plicio:punire. Magno afficior desiderio te corã videndi:hoc ẽ desidero te videre. Afficior tedio id est tedet me. Aliquãdo ad iũgitur & accusatiu9 mediante prepositione i:ipsi verbo pas= siuo Vt pro amore & beniuolentia qua in te afficior:hoc q li= bentissime exequar. Dicimus etiã ille est mihi bene affectus: hoc est i me vel erga me. Significat preterea afficere idẽ quod disponere:vt autor cõprobat Plauti testimonio. Eãdẽ quoq plauti sententiam Quintilianus his verbis in secũdo de insti= tutione oratoria libro inuit. Viua illa (vt dicitur) vox alit ple nius. Itaq aperte cõstat q pro diuersitate ablatiuorũ: afficio diuersas habet rationes:vt afficere exilio est mittere in exi=

Quĩtilian9

Cicero lium. Cicero i paradoxis. Quos leges exilio affici volūt: exules sunt: etiam si solum non mutarint.

xviii. preceptū. de tum vel & geminatis.

Non est autē ignorādum q̄ si duo/aut plura duobus (quod perraro vsu venit) pariter se habuerit: vtriq̄ tū dictionē p̄ponem⁹. Quod liq̄at exēplo Par ē in. C. Lelio doctrina ac virtus: quātaq̄ est eius viri probitas: tāta quoq̄ est eius sciētia. tunc splēdide ac recte dixerim. C. lelius vir tū doctus est/tum prob⁹. Itidemq̄. magna in est. M. C. lelio tū virtus: tū etiā doctrina. C. lelius plurimū tū laude: tū rerū sciētia valet. Aliud iterū exēplū Themistocles tū cōsilio pollet in vrbanis rebus: tū in bellicis negociis viribus atq̄ animi magnitudine floret. Sic enī tantū ostēdit in rebus vrbanis esse cōsiliū: q̄tum in bellicis magnitudinē animi: q̄ tū geminatū positū ē. Sed eandē vim habet

Virgilius geminata & cōiunctiua. Virgilius in eneide. Multum ille & terris iactatus & alto. Idē profecto significat: Aeneas tū pelagi: tū terrarū labores perpessus ē. Aphrican⁹ fuit siglis & vir & iperator idē sibi vult. Aphrican⁹ magn⁹ extitit tū vir tū ipator

Cum due p̄prietates alicui equaliter attribuende sūt: vt q̄tū vni⁹: tantū & alteri⁹ illi inesse significetur: nominib⁹ siue adiectiuis siue substātiuis res illas pares significātib⁹ tū geminatū preponi debet: vt siquis velit ostēdere tantū eloquētie Ciceroni inesse q̄tū virtutis: sic dicet. Marcus Cicero tū eloquēs tū studiosus ē. Vel sic. Marc⁹ Cicero tū eloquētia tū virtute prestat. Vel sic. Magna inest Ciceroni tū virtus tum eloquētia. Significatur enī ibi virtutis & eloquētie paritas per tū vtriq̄ prepositū. Eandē vim habet hec cōiunctio & geminata ad duo adiectiua vel substātiua eidē eque attributa. vt Catho & virtute preditus & doctrina insignis ē. Vel Catho & p̄bus & doct⁹ est.

Themi. Themistocles iclytus Atheniēsiū dux: q xersen persarū re

gē nauali prelio apud salamia deuicit: & trepida fuga ī regnū redire coegit. vt narrat Iustinus libro epithomatum secundo. Iustinus

xix. preceptū: de cum & tum.

Quod si duo cōtra nequaq̄ paria sūt: sed alterum minus cōplectitur: alterū vero magis, ita efficiendum ē: vt quod leuius existit locemus pri⁹ atq₃ ei cū dictione ꝑponamus: quod autē grauius validiusq₃: id posterius positū: tū dictio pcedat. Quod patefaciemus exēplis. C. lelius amat Scipionē/ ꝓpterea ꝗ eū doctū cognouit hoīem & sēper virū optimū. quod postremū vehemēter ad amorē impellit: quare ita oratio ē īstituēda. C. lelius amat Scipionē cū ob doctrinā eius: tum ꝓpter virtutē Ita virtus in hac beniuolētia plus momēti habet. Atq₃ idē ita si dixeri. Cū oēs fortunati sunt q bene viuūt: tū perbeati q oia deserūt: & virtutē solā cōplectuntur. hos nāq₃ posteriores mlto beatiores esse cōstat: siquis superius modo allatā ꝑceptionē intellexerit. hec M. Cicero īprimis frequēter vsurpat. Ex quo illud. Cum omnibus consulēdum ē: tum illis qui armis positis ad īperatoris fidē cōfugiunt. Significat enī fugiētibus ad īperatores & sese de dentibus mlto magis cōsulendū esse. Atq₃ in. C. maiore mirari sese aiebat Sceuola M. Ca. cū ceterarū reꝝ perfectā sapiētiā: tum ꝗ nūq̄ fuerit illi senectus grauis. Sed de hac re satis

Cū duo eidē attribuūtur: nō q̄ idē equalia: sed quorū vnum maioris ē momenti & estimationis q̄ alterū. Tunc leuius anteponendum est preposita ei dictione cum: significāte partim. Maius autē & vehemētius postponendū est: precedēte dictione tū significante & mag's/ siue l & ꝑcipue. Vt Temirifice amo cū ob tuā in me humanitatē: tum ob singularē vite probitatē.

Affero communissimum verbum est & quo multis locis vti possumus. Secunda fortuna affert mihi voluptatem id est me delectat. Aduersa fortuna affert mihi dolorē id est dolet mihi. Nam dicimus & hec res mihi dolet & doleo hanc rē. Sed redeo vnde digressus sum: littere tue afferūt mihi admirationē id est efficiunt vt admirer. affers testimonium id est testificaris: & ita dispersa est & vaga huius verbi significatio.

Afferre est aliquam animi affectionem siue qualitatem i aliquo efficere & eleganter datiuum cum accusatiuo petit. Quintilianus libro tertio. Afferunt laudem liberi parentibus: vrbes conditoribus: leges latoribus: artes inuentorib⁹: necnon instituta quoq; autoribus. Sic dicimus litterę tue attulerunt mihi gaudium. i. littere tue fuerunt mihi gaudio/vel affecerunt me gaudio vel magnum ex tuis litteris cœpi gaudium. He eni loquendi rationes eedem sunt. Virtus suis cultoribus affert gloriam & honorem. Doleo eleganter datiuo iungitur. Terentius. Sed hoc mihi dolet nos pene sero sciffe. Etiam accusatiuo iungitur vt doleo pedes vel dolēt mihi pedes: quod barbare dicitur pedes faciunt mihi malum. Interdum ablatiuo iungitur. Quintilian⁹ in sexto. Nemo nisi sua culpa diu dolet. Quintilian⁹ Doleo Terentius Quitilianus

c iii De perinde cum atq; vel ac preposita.

Peride ornatissime postulat post se: ac vel atq; &

totum simul perinde ac vel atq̄ habet eandem vi quam tanq̄. vt Camillus perinde atq̄ omnium sapientissimus. & cherea perīde ac foret eunuchus Et de hac re satis hec dicta sint hactenus.

Aulus Gellius

Camillus

Chretea

Perinde similitudinis aduerbium: requirit post se ac vel atq̄ vel vt pro sicut. Vt tuū negocium perinde ac meum curabo Tu perinde atq̄ mihi amicus multa in me prestas bn̄ficia. Aulus gellius. Perinde vt ipse in prelio versaretur: coram videre sese vociferatus est. Proinde autem coniunctio est rationalis significans propterea vt singularem in me beniuolentiam tuā declarasti: proinde summopere te amo. Camillus. nomen proprium ducis romani qui vrbem a gallis captam ciuibus restituit: & pristinam libertatem vendicauit. Cherea: therentianus adolescens qui in secunda comedia (cui eunucho nomen est) iducitur amore virginis captus: ad quam permenonis consilio pro eunucho deduct⁹ ē: & voto potitus. Eunuchus castrat⁹.

Aulus gellius

c iiii. De coeo.

Coeo non solum absolutum est: sed nonnūq̄ peruenuste casum habet accusatiuum. Coeo societatē tecum. Et hinc est illud Auli gellij in noctibus atticis de Pythagora deq̄ eius consorte: quod quisq̄ familie pecunieq̄ habebāt: in medium dabāt: & coibatur societas inseparabilis Sed eodem Cicero pacto est aliquando eo verbo vsus.

Pythagoras

Coire interdū simul ire significat siue congregari vt aues vnū in locum coeūt. Interdunm concordare, vt inter eos non mutua est amicitia: quorum animi non coeūt. Interdum rem habere: inde coitus concubitus Et his modis neutrale est. Deniq̄ significat comparare & concilare & tunc transitiuum est: accusatiuo iungitur & passiuum habet i or vt si inter homines vna esset aninorum coniunctio: coiretur amicitia indissolubilis: volo tecū societatem coire. Pythagoras philosoph⁹ qui philosophi nomen sibi primus vendicauit patria samius: cui⁹ precepta ouidius in decimoquinto metamorphoseos elegantissime descripsit.

cv. De mille hominum in singulari numero.

Mille hominum singulari numero significat mille homines. mille militū interiit: hoc est mille milites interierunt mille militum vulneratum est. i. mille vulnerati sūt milites Idq3 ornatū visitatūq3 ē

Mille aliquando substantiuum est singularis numeri neutri generis & indeclinabile: vt mille hominū est in vrbe: siue vnū mille hominum est ī vrbe. Et in plurali numero habet hec milia: horum milium/milibus declinabiliter. Et in vtroq3 numero requirit genitiuum pluralem post se vt duo milia hominū sunt in vrbe & non duo milia homines. Et possunt huic nomini milia addi quelibet nomina numeralia vt tria quattuor quinq3 decem centum mille milia virorum habitant in vrbe. Sed mille adiectiuum pluralis numeri tantum & indeclinabile petit nomē substantiuum eodem sibi casu iungi vt mille homines habitant in vrbe/mille vrbes euersę sunt/mille oppida diruta sunt. Et possūt huic adiectiuo mille pręponi aduerbia numerandi. vt bis mille homines id est duo milia hominum/ter mille/tria milia. & sic deinceps.

cvi De primus.

Primus significat etiam ordinem: quod nomē sequitur secundus tercius & deinceps alia eiusdem ordinis noīa: tñ mltociēs significat principalē vt hic ē nostre ciuitatis vnus oīm prim⁹: per se significat optimum: sed id postremum in raro est vsu oratorum.

Primus nomē numerale ordinale est qui cęteros omnes ordine pręcedit. Ouidius Prima ceres vnco glebam dimouit aratro. Secundo est precipuus & principalis. Virgilius Reginā thalamo cunctantem ad limina primi: pœnorum expectant. Inde primates vocamus in aliqua re precipuos vt primates vrbis/primates regni/qui & optimates dicūtur Tertio prim⁹ optimum significat vt is inter omnes merito primus habendus est: qui ceteros virtute precellit. Sed hoc tertium rarius ē.

Ouidius
Virgilius

cvii. De interdico.

Interdico tibi hac re & non hanc rem: vt interdico tibi aqua & igni. Plinius secūdus in epistolis. Carēt rege iure: quib⁹ aqua & igni interdictū ē.

Interdicere est prohibere: & regit datiuum significantem eum cui quicq̄ prohibetur: & ablatiuum significantem illud quod prohibetur/ vt interdico tibi domo mea & nō domum meam. Vel per verbum impersonale sic. Tibi interdictum est domo mea. Vel per verbum passiuum sic. Domus mea interdicta est tibi: vel tu interdictus es domo mea Sed hoc vltimū rarius est.

cviii. Quę nomina ornate syncopantur.

Nunc vero ad reliqua. neqꝫ enim inuitus omiseri ꝙ quę nomina ad numerum spectant in eorū pluralibus genitiuis syncopam efficiūt. idqꝫ cum vsitatum est: tum ad exornādam pertinet orationē. vt mille nummum potius q̄ mille nummorū/ mille denarium/ mille aureum/ & tot milia argenteum. Et ita de reliquis & i genitiuis omnium nominū secunde declinationis frequenter efficiunt.

Syncopa

Syncopa est littere vel syllabe a media dictione sublatio: & latine potest concisio vocari. Plurimum illa venustatis affert orationi si commode fiat presertim cum nimia syllabarum i aliqua dictione congeries: aures prolixitate offendit: tamouendū aliquid ē e medio: quo gratior breuitate fiat dictio. Quod quidem potissimū seruāt auctores in genitiuis pluralibus prime declinationis vt rex celicolum pro cęlicolarum / terrigenum pro terrigenarum. Etiam in genitiuis pluralibus secunde declinationis aut pecuniam significātibus vt duo milia nūmum pro nūmorum aut significantibus numerum. vt turris centenum pedum. i. centenorum. Ambitus quadragenum passuum. i. quadragenorum.

cix. Citra centenarium & post vigenariū minor numerus maiorem eleganter precedit mediante coniunctione.

Sed prosam scribentes & solutam orationem in nominibus solum numerum & mensuram significantibus atq; innumerorum nominibus eam plerumq; seruamus consuetudinem. & citra centenarium numerum siquādo post vigenariū duo numeri commemorandi sunt: vt eorum minor precedat & maior sequatur vt hic est vnum & viginti annos natus: duos & triginta annos viximus/ tres & quadraginta annos nauigaui: quattuor & quinquaginta annorum consumpsi etatem. Sed vltra centenarium & citra vingenarium: tritum ac vulgarem seruamus morem & sermonem. Quod autem sicut duodeuiginti nōnūq̄ dicimus & duodetriginta: ita & duodeuicesimo & duodetrigesimo manifestum est sed non quidem est frequenti oratorum vsu.

Hec pręceptio quattuor regulis facile declarabitur. Prima est. vltra decem & citra viginti sine copula minor numer⁹ maiori per compositionem preponitur: si vero copula intercesserit maior minori preponitur: vt octodecim annos natus sū: vel decem & octo annos natus sum. Maior autem numerus ē in proposito qui alterum in se continet tanq̄ suam partē. Minor vero numerus qui ab altero tanq̄ pars continetur. Secunda regula est. vltra viginti & citra centum minor numerus maiori: si mediet copula: preponitur: sed maiori minori sine copula preponendus est. vt vixi quattuor & viginti annos vel vixi viginti quattuor annos. Tertia regula. vltra centum quātumlibet progrediendo: maior numerus minori & cum copula & sine copula preferendus est vt vixi centum & viginti ānos vel centum viginti annos. Quarta regula. vltra decem: octauum quemq; numerum eleganter explicamus: per nomē numeri decimi sequentis significatiuum: cū hoc adiūcto duode compositum. Similiter nonum quemq; vltra decem numerum venuste exprimimus per nomen sequentis numeri significatiuum cum vnde compositum: vt duodeuiginti ānos na=

tus sum.i.octodecim:quasi duobus demptis de vigiti:vndeuiginti annos natus.i.nouēdecim:quasi vno dempto de vigiti. Sic duodetriginta.i.viginti octo / vndetriginta viginti nouē. duodequadragita:triginta octo:vndequadraginta/trigita nouē. Et he quattuor regulę in aliis quoqȝ nominibus numerum & ordinem significantibus locum habent vt quarto & vicesimo vel vicesimo quarto etatis anno hanc vrbem accessi/ centesimo quinto vel centesimo & quito ętatis anno pater obiit/ duodeuicesimo vel vndeuicesimo etatis anno te cognoscere cepi. Sic in aliis numerorum generibus:eadem penitus seruāda est lex.

cx. In dies & in diem.

Quid in dies? nonne pulcherrimus sermo est: ac significat per singulos dies/& quotidie: sed cum quodam in cremēto vt tua in dies accrescit virt⁹/ in dies homines sapiunt/stultorum hominum in dies accrescit infamia:sed cum dicitur in diem est terminus deputatus.

In dies non vna est dictio composita vt pleriqȝ arbitrātur: sed due dictiones scilicet prepositio & nomen accusatiui casus pluralis numeri sicut in naues.i.per singulas naues. Virgilius in quito eneidos. Muneraqȝ ī naues donat. Significat autem in dies quotidie:sed rei cum tempore crementum denotat. Et ergo cum dictionibus crementum significantib⁹ vt cōparatiuis/verbis inchoatiue forme & aliis consimilem habētibus significationem iungitur vt in dies meus in te amor accrescit. Tua in dies maior euadit virtus. Sed in diem significat pro vnius diei spacio & presenti tempore: futuri tēporis rationem nullo pacto habendo. vt Aues in diem rapto viuūt. Eandem quoqȝ differētiam habent in horam & in horas. hoc enim cremētum significat. Virgilius in bucolicis. gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas Illud vero pro p̄ sēti tm̄ hora: vt in horam viuo.

cxi. Vt in verbis actionem aut passionem significantibus: varietati studendum.

Virgilius In verbis tam actionem q̄ passionem significantibus considerare debemus varias vocum inflexio=

nes atq; exitus: & modo his modo illis vti ꝓ aurium iudicio: vt fuere pro fuerunt/amarunt pro amauerunt/videre pro viderunt/norim pro nouerim/triumpharat pro triumphauerat & de aliis quoq; eodem modo Sed ne quid cōtra grāmaticę artis preceptiones fiat: hac via prouidēdum est.

In verbis bifariam possumus varietati studere. Primo vtendo cōcisis per syncopam personis loco integrarum. Cū enim verba habent vi in preterito: in eius & temporum ab eo formatorum personis potest fieri syncopa modo solam litterā remouēdo vt petii pro petiui/petiisse pro petiuisse. modo syllabam remouendo vt optaram pro optaueram optarim pro optauerim. Poetę tamen in aliis quoq; verbis quorum preterita in vi non exeunt: interdum faciunt syncopam vt apud Terentium. Intellexi pro intellexisti sepenumero est inuenire: & apud Virgilium accestis pro accessistis in primo eneidos cū ait. Vos & scilleam rabiem: penitusq; sonantes accestis scopulos. Secundo contingit in verbis varietas vbi due sunt voces eiusdem persone vna in consonantem altera in vocalem desinens: tunc enim eleganter vtimur vna alterius loco: si modo oportune hoc fiat vt potuere pro potuerunt. Cura ne hoc beneficio indignus videare pro videaris. Nam in secunda persona singulari verba passiua habent duplicem vocem in temporibus a presenti formatis quod tum carmini tum orationi solute non modicam affert venustatem. Terentius Virgilius

cxii. De quin.

Quin particula quomodo increpet vel exortetur quomodo itē confirmet & quomodo interroget: id satis exploratum est. Sed nos ea pulcherrime vtimur: cum dicimus nō possum quin gestiā/non possum quin doleam/nō possum qui admirer. Significat enim fere me non posse continere ꝙ nō doleam. Et ita de ceteris consimiliter.

Hec dictio quin aliquando increpat cum aspera interrogatione & sic verbum indicatiuum requirit. Terentius. quid stas Terentius

lapis quin accipis.i.cur non. Aliquando interrogat sine incre=patione: vt quin studes/quin ad me venies.i.cur non. Aliquando exhortatur Terētius. quin tu vno verbo dic quid est ꝙ me velis. Aliquando confirmat & significat quinetiam. Virgilius quin aspera Iuno que mare nunc terrasqꝫ metu cęlūqꝫ fatigat. Consilia in melius referet. Aliquando significat ꝙ presertim negatione precedente vt non dubium est quin cicero sit oīm oratorum clarissimus. Deniqꝫ quin significat qui nō: vel ꝙ nō vt nullus est quin te amet.i.qui te non amet. Nūq̄ ad te venio quin discedam sapientior.i. ꝙ non discedam sapientior. Ex quibus exemplis plane constat ꝙ hoc postremo modo: debet quin ante se habere dictionem negatiuam & post se verbum optatiui modi. Sic etiā eleganter postponitur huic verbo possum negatione precedente: vt quod vulgariter dicunt pleriqꝫ nō possum me tenere de plorādo: sic venustius dicetur: nō possum quin plorem: non possum quin gaudeā. Vel adiuncto hoc verbo contineo es ere sic non possum me continere quin plorem vel non possum continere lachrymas/nō possum me a lachrimis continere siue temperare. Virgilius. quis talia fando temperet a lachrimis? Deniqꝫ non possum tenere lachrymas. idē significat. Ouidius in secundo meta. Vixqꝫ tenet lachrymas/quia nil lachrimabile cernit.

Virgilius

Virgilius

Ouidius

cxiii. De locus est/vel multū/ vel nihil loci est huic rei.

Quid illud: nonne preclarū est vsu: locus est huic rei/multum loci est gaudio/plurimum loci ē tranquillitati. Et Terentianus dauus. Nihil loci est segnitię. Significant enī hec omnia predicta oportere nos lętari/vel tranquillos esse vel voluptatibus affici/vel non negligētes ac segnes esse: & sic in aliis huiusmodi.

Terentius

Locus duo potissimū habet significata orationem latinam multum exornantia. Primo oportunitatem significat. Virgilius. Et istam oro (siquis adhuc precibus locus) exue mētem. hoc pacto ordinātur eleganter in genitiuo cū istis dictionibꝰ nichil plurimum multum & cō similibus seq̄uēte verbo substā

tiuo cum datiuo. Terenti⁹. Nichil est loci preci relictū. Quod ergo sine ornatu dicitur: non oportet hic dolere: elegantius dictum fuerit: nichil loci est dolori. Nonnunq̃ in eodem significato cum genitiuo gerundii ponitur. Terentius in andria. Itē & multa alia que nunc non est narrandi locus. Secundo significat vicem siue vicariam pro altero existimationem: vt Te patris loco semper colui. i. pro patre/ & tanta veneratione quanta patrem. Terentius. Si te in fratris germani semper dilexi loco. Sic recte dixerimus hoc michi voluptatis loco est: quod significat hoc est michi iucundum & delectabile. Litteras tuas magni muneris loco expecto: hoc est pro magno munere. Sed de priori tantum in littera. Terentius Terentius

cxiiii. De magnopere & similibus.

Nonnūq̃ vero duo nomina siue prepositione addita siue non: aduerbii vim retinent vt magnopere pro valde/ maximopere pro plurimum maiorem in modum pro maxime.

Duo nomina vnum adiectiuum altarū substantiuū aliquando in vnam dictionem coeunt & fiunt aduerbia: d q̄ʒ bifariam euenit. Primo sine preposiōe vt summopere te diligo. i. maxime. Pleriqʒ virtutem magnopere extollunt: non tamen eā sequūtur. Tantopere. i. in tantum. Terentius. Ahne sui tantopere. Secundo prepositione intercedente vt mirum in modū te amo idest mirifice. hac de re maiorē in modum admiror. Sic admodum pro valde positiuo iungitur vt Cicero insignis admodum orator/ clarus ad modum vir/ supramodum idest preter modum siue plurimum vt supramodū litteris tuis gauisus sū. Prope modum significat quasi pene/ ferme. Terentius. prope modum tibi habeo fidem. Terentius

cxv De imprimis & similibus.

Sed ablatiui casus siue cū cōmercio prepositionis siue sine eo: vim habēt aduerbii vt īprimis. significat eni precipue ac preserti: & id (vt greci dicūt)

aduerbium ipſum(ſi ita appellãdum eſt) perorna te nominibus iungitur: vt iprimis ſapiens/impri mis eruditus. Sed ne a propoſito digrediar pau-cis iter dum pro paucum/ & multis pro multum. Verum hec alio loco oportunius.

Imprimis ex prepoſitione in & ablatiuo plurali cõpoſitum aduerbium eſt poſitiuis adiungendum. & ſignificat potiſſimũ ſiue precipue. Debet autem reſolui per prepoſitionem inter: et accuſatiuũ pluralem huius ſuperlatiui primus a ũ talis quidẽ generis quale exigit oratio. Vt Cicero imprimis eſt doctus: ideſt inter primos. lucretia imprimis fuit pudica. i. iter primas Id imprimis eſt honeſtum ideſt/iter prima. Eodem quoqꝫ mo do ablatiui plurales aiectiui ſepe trãſeunt in vim aduerbiorũ

Virgilius

Virgilius. Adqꝫ hinc reſpõſum paucis ita reddidit heros. Idẽ expediam paucis & te tua fata docebo. Non multis tecum a-gam ideſt multum. breuibus hanc rem perſtringã. i. breuiter.

cxvi De gerit cum nomine magiſtratus ſiue imperii.

Ille etiam modus optimus eſt vt ſiquis dicturus ſit quempiam hominem aliquẽ habere magiſtra-tum vel honorẽ ſiue imperium vt ex nomine ho-noris eiuſmodi & gero geris verbo pulcherrimã conſtituat orationem hoc pacto hic eſt rome con-ſul/rome conſulem gerit. ita conſimiliter impera torem gerit/principem gerit/pretorem gerit & a lia conſimiliter. Ad hos etenim viros rerum cura & adminiſtratio pertinet.

Gero cum ſignificat habere eleganter accuſatiuum habet ſi gnificantem dignitatem vel officium: aliqundo quidem cõcre ctum & aliquando abſtractum Concrectum vt hic gerit cõſu-lem/imperatorem/cenſorem/pretorem/queſtorem/ tribunum principem. Abſtractum vt hic gerit in vrbe magiſtratum/con-ſulatum imperium cenſuram/preturam/queſturam/tribunatũ principatum. i. fungitur officio conſulis imperatoris & c. ho-rum autem officiorum nomina alio loco declaranda ſunt.

Vsitata & perpulchra est sermonis oratio vt gerundiorum accusatiuis preposita inter: significet tēpus imperfectū indicatiui vel subiunctiui modi vel alterius / & dum particulam. vt inter ambulandum hostes offendi. hoc est dum ambularem / inter legendum videbas: hoc est dum legeres. Et sic pro varietate personarum ita explicandū est vti modo explicauimus. Sic seruius ī bucolicis virgilij. Inter agendum. i. dum agis: honesta locutio si dicamus inter cenandum hoc sum locutus. i. dum cenarem hoc sum locutus.

Cum verbum preteriti imperfecti temporis indicatiui vel coniunctiui modi adiūgitur aduerbio temporis dum / cū / quādo: elegantius verbum mutatur in gerundium accusatiui cas9 preposita prepositione inter. Quod quidē gerundium explicari debet per verbum talis persone & temporis: qualem sentencia requirit. vt multa inter legendum annotatu digna mihi occurrerūt. i. dum legerem. inter ambulandum de te cogitare cepi. i. dum ambularem. Quid inter eundum obsecro inuenisti id est dum ires.

cxviii de in pro erga vel contra.

In pro erga & contra pulcherrima est accusatiuo preposita: vt meus in te animus mea in te beniuolentia. vbiq3 enim significat erga. Iuuenalis inuehitur in domitianum Cicero habuit orationem ī catilinam. ibi enim contra significat.

In pro erga ornatam reddit orationem. Cicero. & tua summa in me beniuolentia que mihi iam a pueritia cognita ē. Itidem pro cōtra. vt magnum in romanos bellum gessere carthaginenses. Deniq3 significat pro: & actō quoq3 iungitur vt in amoris nostri declarationem hec munera ad te missa volui. Do- Cicero
mitianus filius vespasiani & frater titi cui īmatura morte sublato successit in regno sed moribus longe ab eo dissentiens vt

Catilina lato tractat suetonius. Catilina romanus ciuis flagitiosissimus de quo late Salustius scribit.

cxix. De apprime.

Apprime pro valde recte apponitur nominibus quemadmodum de imprimis superius supra dictum est. Vt Virgilius apprime nobilis/res apprime vtilis/& ita de aliis similibus.

Apprime quantitatis aduerbium sicut valde tribus longis constat syllabis: quod ad sustollendum eorum errorem dictũ est qui penultimam pronunciatione corripiunt. Significat autem valde & positiuis iungitur in andria. Terentius. Nãq; id arbitror apprime in vita esse vtile vt nequid nimis. Virtus homini est apprime necessaria. Virgilius autem vt hãc dictionẽ carmini aptaret dixit apprima nominaliter vltima correpta. cum in secũdo georgicorum inquit. Flos apprima tenax. Vbi teste seruio apprima pro apprime posuit.

Virgilius

cxx. Vt res apte coniungitur adiectiuis possessiuis.

Res nomen latum diffusumq; est: sed eo pulcherrime vtimur cum adiectiuis possessiuis noĩbus & p̃serti huiusmodi: vt cũ dicitur res bellica/res domestica/res publica/res familiaris/res militaris: & de similibus pariter.

Res interdum negocium significat. vt tuam rem eque atq; meam curabo Horatius. Tunc tua res agitur paries cum prodimus ardet. In hoc significato eleganter nominibus adiectiuis adiũgitur. Terentius. Adolescentulo abhorrẽti ab re vxoria. Sic recte dicimus. Hic in re ciuili iam diutius versatus est In re scholastica morum probitas & animi modestia mirum in modum commendantur. Preter litteram interdum res significat diuitias. Terentius. Cuius frater aliquantulum est ad rem auidior. Nonnũq̃ imperium. Virgilius. Postq̃ res asie p̃amiq; euertere gentem. hinc rerum potiri dicitur qui summam imperii consecutus est. Deniq; vtilitatem significat Terenti⁹ i andria. Gi in re est vtriq; vt fiant. Vnde hoc e re tua factũ ẽ id est pro tua vtilitate Alias eiusdem nominis acceptiones ex aliis abunde est inuenire.

Horatius
Terentius
Terentius
Virgilius
Terentius

cxxi. De prestolor.

Vt aliqua veluti signāda instituā: pstolor verbū plerunq; poete acusatiuo iungunt: Cicero connectit datiuo vt quē prestolaris: prestolor iohāni.

Prestolari verbum deponens: expectare significat & accusatiuo iungitur apud poetas. Terentius. quem prestolaris per meno. Apud oratores vero datiuo vt prestolor tabellario. Cuius ex Cicerone plurima facile exempla occurrunt. Terentius

cxxii. Assentior/tio. impertior/tio.

Multa sunt verba qbus p eandē significanciā & passiua vtimur voce & actiua Et (vt omittā pene innumerabilia) Cicero frequenter in his duobus modo actiuā modo passiuā vocem vsurpat assentior & assentio. vbiq; eadē cōstructiōis forma: & impertior. In ceteris auit fit multo rarius.

Vox actiua que in o desinit quācūq; significationem habeat. Vox passiua que desinit in or cuiuscūq; significationis fuerit. Complectitur ergo vox actiua in ea (qua autor vtitur) acceptione vocem actiuam & neutralem secundum donatum. Et vox passiua hoc in loco suo ambitu continet vocē passiuā depo nentalem & communem secundum donati diffinitionē. Itaq; assentire verbum neutrum secundum vocem/vel assētiri deponens vbiq; tamen neutrum secundum significationem: est assensū prebere & datiuo iūgitur. Virgilius in secundo eneidos. Assensere omnes & que sibi quisq; timebat: haud facile tibi assētiar. imptio vero in voce actiua vel imptior in voce deponētali: vbiq; significationis trāsitiue: est dare siue distribuere & iungitur datiuo cū accusatiuo vel actō cū ablatiuo vt pr imptiuit mihi mlta bona vel imptiuit me mltis bonis: vl impertitus est mihi multa bona. Vel impertitus est me multis bonis. Terētius in eunucho. Sūma salute suū permenonē imptit gnato. Dicimus etiā impertior in significatione passiua quod huic verbo imptio is respōdet. vt multa bona mihi sūt a patre imptita. Partior verbū simplex idē significat scilicet i partes diuidere: vt pater mihi partitus est sua bona/vel i me ptitus ē sua bona. Virgilius. & socios partitur in oēs. Dispertio is/vel disptior iris: alterū cōpositū significat diuersis distribuere. vt summa bonitas hominibus sua bona dispertit. vel/dispertitur Virgilius Terentius

Virgilius
Mãtuanus
Sic alia pleraq; verba eandem constructionem & significationem sub diuersis habẽt vocibus vt preuerto/or. Virgilius. Volucreq; fuga preuertitur hebrum. reuerto or: vocifero or. Mãtuanus. Vociferant altum lateq; incendia iactant. Sic populo as/populor aris. Virgilius. Venimus aut libicos ferro populare penates. Comito as comitor aris. Ouidius. Ac nostros comitate gradus simul ardua montis Medico as: medicor aris. Virgilius. semina vidi equidem multos medicare serentes. & similia.

Ouidius

cxxiii. Vsu venit.

Vsu venit ornatissime pro contingit ponitur.

Vsu venire eleganter cum datiuo ponitur pro euenire contingere accidere. Sępenumero vsu euenire solet vt in autorem scœlera redeant sua. Interdum vsu venit ꝙ boni aduersam & mali prosperam habeant fortunam.

cxxiiii. Vsurpatio & vsurpare.

Vsurpatio & vsurpare non ita intelligi debent sicut iurisconsulti vtuntur: sed vsurpationem oratores in frequentem vsum nominant: vt vsurpare in frequenti vsu habere.

Iuriscõsulti dicunt vsurpare esse: rem alienam vt suam detinere/ac in suum vsum applicare. hec tamen significatio apud oratores non est vsitata apud quos vsurpare significat frequẽter vti. vt Cicero hoc loquendi genus sepius vsurpat. In voce passiua sic. Quę a probatis autoribus vsurpata sunt vocabula & nos quoq; vsurpare debemus. Vnde vsurpatio freques vsus vt Crebra est apud Ciceronem huius verbi vsurpatio.

cxxv. Deficit cum accusatiuo.

Hęc res me defecit id est deest mihi hec res: vt deficit me dies/vita q̃primum mortales deficit. Sed deficio hac re magis poetarum est.

Deficere deesse significat & aliquando datiuũ habet quod rarius est vt deficiunt michi vires/pro tanto onere subeundo.

Interdum accusatiuum vt deficit me animus. Ante me dies deficiet q̃ omnia dixero. & hoc ornatissimum est. Interdum habet ablatiuum vt deficio viribus. In voce passiua deficior idest deseror relinquor nonnunq̃ inuenitur. Ouidius. Deficior prudens artis ab arte mea Nam deficio accusatiuo iunctum relinquere & deserere potius q̃ deesse significat. quare actiuam tu3 significationem retinet. inde participium defectus a um passiue quidem vocis sed actiue significationis. Nempe significat fractum debilitatum/ & quod propemodum deficit. Ouidius que vires defecto reddat amori: & ablatiuo iungitur vt sum defectus labore. At nomen verbale defectus/us/ui/carentiam & absentiam significat. vt defectu naute nauis facit naufragium idest quia nauta non est presens.

cxxvi. Omnis pro omnes

Nunc autem ne ea que perutilia sunt & ornatissima omittamus intelligendum est ꝙ que nomina tercie declinationis tam nominatiuum q̃ genitiuum singularem habent similes. sertim si genitiuus pluralis in ium exiuerit: eorum frequenter accusatiuus pluralis in is terminari solet raro in es vt omnis pro omnes/mortalis pro mortales inanis ꝓ inanes. Similiter (vt ipse quoqȝ testatur priscianus) in es & in is terminata reperiũtur vt sortis & sortes/partis & partes/pontis & pontes. In reliquis rarius id fit que est poetarum venia.

Nomina tertie declinationis non crescentia in genitiuo singulari & habentia ium in genitiuo plurali habent in accusatiuo plurali is longam pro es. Quod in adiectiuis sepius vsu venire solet. De carentibus singulari numero idem subit iudiciũ sicut de habentib⁹ vt tris pro tres. Virgilius in tertio eneidos Tris adeo incertos ceca caligine soles. Idem in primo. Crudelis aras traiectaqȝ pectora ferro. Etiam nomina terminata in ns & rs q̃uis genitiuum singularem habeant excedentem nominatiuum in syllabis: & inueniuntur habere is pro es in ac-

cusatiuo plurali modo habeant ium in genitiuo plurali vt pre claras artis edoctus est pro artes/fontis pro fontes: sapientis pro sapientes: hoc tamen posterius poetarum licentia potius q̃ regula & lege concessum est. Nec extenditur hoc preceptũ ad nominatiuum & vocatiuum pluralem q̃uis pleriq; credide rint communem tribus pluralis numeri casibus hanc legẽ eẽ. Obstat enim doctissimorum id non vsurpantium autoritas.

cxxvii. De propediem & postridie.

Quedam aduerbia sunt que epistolis maxime cõ gruunt sicut prope diem/quãprimũ/cito/confest. & postridie quod multi ignari litterarum & grã matice artis expertes exponũt post tres dies Sed tu(ne eodem ducaris errore)crede postridie sig nificare postero die. Et eo pacto Marcus Cicero accepit & alii eruditissimi viri.

Propediem significat tempus statim futurum quod vulga riter dicunt quidam in breui vt nũcius propediem venturus e q̃primum significat continuo. Cicero ad marcellum. Cura ig tur vt q̃primum venias: venies enim mihi crede expectatus. At cum primum due sunt dictiones sicut quando primum. i. postq̃ posteaq̃/simul ac/simul atq;/simul vt/vt duo verba po stulant: q̃primum vnum tantum vt cum primum ociũ nactus fuero: litteras ad te dabo. Pleriq; tamen errore ducti & nihil interesse credentes hoc pro illo vtuntur: & dicunt q̃primum ocium nactus fuero vbi rectius cum primum diceret. Cito ce leriter/confestim protinus/illico/continuo/euestigio. Postri die significat posteriori die sicut pridie priori die & ordinan tur primo cũ genitiuo vt pridie illius diei quo ad te veni: mor bo captus sum/postridie calendarum martii recessi. Cum accu satiuo vt pridie calendas ianuarii ad te veniam & postridie no nas ianuarii recedam. Interdum habent post se aduerbium q̃ vt pridie q̃ recessi te allocutus sum/postridie q̃ vrbem intraui te salutaui. Aliquando sine casu & aduerbio vt has ad te litteras calendis ianuarii dedi: tuas autem pridie accepi. Terẽtius i an dria. Venit chremes postridie ad me.

cxxviii Primum/deinde/pre terea/ad hoc postremum.

At si quis multa referre velit pro prima re ponat primū vel primo: vtrunq₃ enim in vsu est. pro secunda deinde vel secundo loco. pro tercia: preterea/vel tercio loco. pro quarta (quod praro accidit) ad hoc/vel pterea/vel quarto loco In calce: postremo velpostremū demū. Sit igit huiuscemodi exēplū Tria sūt quę magnā michi afferunt voluptatē primū eniq optimū amicum natus sum: deide autem q singularem tuam erga me sępe testificaris beniuolētiā: postremū veroq te icolumē itellexi.

Quando in aliqua oratione multa occurrunt quodam ordine referenda: vt multe cause ad vnam rem afferēde. aut aliqd in partes digerendum: debet Prime parti preponi hoc aduerbium ordinis. primum. vel primo: Siquidem aduerbia ordinis a nominibus ordinis numerum significātibus formata: in vm vel in o terminantur. vt secundum vel secundo/tercium vel tercio/quartum vel quarto. Ante secundam partē secundum vel secundo loco. Ante terciam partem preterea vel tercio loco. Ante quartam si vltima non fuerit: ad hoc siue ad hec (qd aduerbium est ordinis significans insuper vel preterea) vel quarto loco. Ante vltimam partem: postremū vel postremo/demū/ deniq₃ nouissime: vt multa sunt: quę aīm meum ad te amandū vehementer impellunt. Primum enim/ q virtutem studiose colas: deinde q acri polleas ingenio: preterea q litterarum es studiosissimus: ad hoc q singulari me amore prosequeris: postremum q tuum in me amorem multis beneficiis clarissime testificaris/ostendisq₃: Ibi quinq₃ ad eandē rem adducte cause hoc pacto per ordinem sunt constituende.

cxxix De ordine harum cōiunctionum enim autem vero.

Quo iure id quoq₃ aduertendū est q tres inuenimus coniunctiones recto atq vsitato ordine: quę sunt enim autē & vero. Sed tu ipse hec oīa ac multo plura facile cognoueris: si Ciceronis scripta & imprimis ępistolas lectitabis.

Enim coniūctio rationalis est nō in principio sed medio collocanda. vt merito te amo: sępius enim de me bene meritus es Istę vero coniunctiones rationales: nam/quia/qm̄ quando quādoquidē/quippe nēpe semper preponūtur. nāqȝ & si quidē interdum preponuntur/interdum vero interponuntur. vt nō mireris obsecro: ꝗ tantopere exte litteras petā: ea nanqȝ est amicorsi consuetudo: hę duę coniunctiones vero. &. autem significātes idem ꝗ sed: nūq̄ preponūtur. sed semper interponunt differenter tamen: quia autem negationi postponitur: vero p̄ponitur. vt iohannes studiosus est: non autē ingeniosus: vel studiosus est: ingeniosus vero non. Pręterea dicimus eniuero tū vero. at vero. sane vero. ita vero/iam vero. non tū dicimus eni autem/tū autem/at autem/sane autem & sic de aliis. Verū coniunctio aduersatiua in principio oratōnis ponitur. Vt Te huc venturum arbitrabar. verum mea opinione deceptus rem aliter euenisse cognoui.

cxxx Memorie proditum est.

Memorię proditum: significat scriptum ē. Multa enim talia ornatissime vsurpantur variis cum significantiis: vt memorie tradere/mandare scriptis/mandare litterarum monumentis. quorū ferme omnium eadem vis est: sed mādare memorię aliud sibi videtur.

Memorię prodere vel tradere est scriptum relinquere. Vnde res memorię prodita vel tradita dicitur quę in scriptis redacta est: vt memorię proditū est romanos cum bello tū virtute cęteris prestitisse Memorię traditū accepim⁹ romanos atroianis ortū duxisse Mandare litteris vel litterarum monumētis idem significat: vt egregia illustriū virorum facta litteris mandata sunt/vel preclara nobilium virorum facinora litterarum monumentis tradita mandataqȝ sunt. Memorię mandare est aīo reponere siue memori mēte condere. Et qđ pleriqȝ inepte dicunt retinere vt quęcunqȝ didisseris: memorię māda. i. annimo fige vel menti tenacius hęreant. nichil te scire existima nisi quod memorię mādatum fuerit & sic de consimilibus.

cxxxi. Fallit me hec res.

Fallo verbū tritū ē apud Ciceronē. Fallit me hec res dicim⁹/fallit te spes qđ ē frustrat̄ & decepit.

Fallo ꝑ decipere & frustrari noiatm̄ exigit significātē illud quod aliquē fraudat: & accusatm̄ significātē personā que fraudatur. vt hec me fefellit opinio. Virgilius. nec me mea cura fefellit In voce passiua petit ablatiuum sine prepositione. vt falsus sum mea spe. Sabinus. fallitur augurio spes bona sepe suo. Ille sua opinione falsus est idest fraudatus. Virgilius Sabinus:

cxxxii. Missum facere.

Missum facere. i. dimittere: venustū & ornatū est Nā missā hanc rē facio significat dimitto illā rē.

Facio verbum ornate ponitur cum hoc accusatiuo participiali missum in quolibet genere & vtrolibet numero pro varietate substantiui additi. vt te missum fatio. i. dimitto. Terenti⁹. nos missos face pro fac. Antiquum enim est imperatiuū & absoletum huius verbi facio: quo tamen Ouidius vsus est in secūda epistola. Philliface expectes demophoonta tuū. Itē in epistola laodomie ad prothesilaum. Et dicet referas arma face ista ioui. nam ratio carminis non admittit fac monosyllabum & longum. Sed hec missa faciamus alia nō minus vtilia dicturi. Terentius

cxxxiii. De ne quidem.

Ad hoc & ī eadem oratione duę hę particulę ne & quidē pulcherrime sūt: siquis fuerit illis recte vsus: Nam cum ponuntur: semper aut aliquid dictum est/aut mente concipitur. Vt ne audiui quidem. Significat enim exempli causa: non solum non vidi sed neq̧ etiam audiui. Item aliud: exemplum. Philosophię studia democritus non solum non intermittit: sed ne remittit quidem. Remittere nāq̧ philosophiā est remissius philosophari.

Ne pro non eleganter habet post se hanc dictionem quidem aliquo tamen interposito. Tot ac tantis virtutibus ornatus est Cicero: vt ne vna quidē ei deesse videatur. Adeo firma erit tui apud me beneficii memoria: vt ne vlla quidem obliuione aboleri possit vnq̄. Vbi autem in prima orationis parte hę particule ponuntur aliquid interdum subauditur & subticetur intelli=

gendum: vt ne vllas quidē gratias egit. idest non modo gratias non habuit: sed neq vllas egit. Frequentius tamen in secunda parte sententie locatur ad rem minorē: precedēte nō modo cū negatione ad rem maiorem. vt hic non modo michi nō est iocundus / sed ne gratos quidem. Et summatim vbi in oratione latina ponitur negatio: eius loco fere semp poni potest ne quidem Quintilianus in primo. Gaudemus si quid licentius dixerint: verba ne alexādrinis quidem permitenda deliciis risa & osculo exipimus. Democritus philosophus ex Abdera vrbe Trancię oriūdus & hinc abderites vocatus est: de quo vide diogenē laertium. Intermittere. interlarare. interrumpere. vt cū quis cœpto desistit rursum operaturus: ille intermittit opus. Sic intermittere studium est illud interrumpere. Remittere vero studium est ipsum diminuere & minus diligenter q̄ ante illud exercere. vt remissior est Iohāni litterarū cura q̄ an fuerat

cxxxiii. De ordine plurium sine cōiūctione.

Sed ea quoq adhibenda diligentia est: q siquando plura ponimus presertim sine copulatione q articulus est: & si idem videant significare: quod vehemētius sonat magis collocetur in calce vt tua virtus laudanda / probanda est nam probāda est magis: q fit animi iudicio. magistrat⁹ diligere. amare. colere. debemus. probatissimos viros: omnes homines verentur / obseruāt / admirātur. quę turpia. obscœna tetra. fœda sunt: ea fugere & asp nari debemus. Virtutis / officij summa laus est: nā officium habet accessionē actiōis. Sed in his quoq ordo quidem spectandus est. q si tria: quorum duo partem aliquam significent / tertium sit communi⁹: id profecto plerūq debet in fine collocari: nisi se habuerit quodā generis modo: tunc eni econtrario fit. quod nunc liquido ac perspicuo pa

tefaciam exemplis: ac prioris quidem exemplum est. Omnis in adipiscenda virtute cura. opera. diligentia. ponenda est. est enim cura consilium animi/opera corporis/diligentia vtrūq; complectitur. Item in republica plurimum industrię. laboris. temporis ponendum est. Amicos consilio/viribus/opera adiuuare debemus. Alteris nota exempla sunt. Non sunt par se res commode expetende: diuitie/honores/voluptates. Commodum enim generis locum detinet: cuius spēs sunt multę: puta quas modo numerauimus. Atq; item ani malia quęq; homines leones equi bonum videntur appetere. Sed vtcūq; res sese habeat si multa sunt quod pluris est debet poni in fine. Iam ad alia procedamus.

Hec regula in tres partes diuiditur. Prima est quando multe ponūtur dictiōes sine copula intermedia idē significantes vna tamē maius & altera minus quicquā importet: tunc que min⁹ significat primo poni: & que vehemētius in fine locari debet vt fiat gradatim a minori ad maius progressio. Terentius Adeo ne me ignāuū/adeo ingratum/aut in humanum putes vt neq; me consuetudo neq; amor neq; pudor commoueat. Idē i eunucho. Pergis scęlesta mecum perplexe loqui? quid ais sacrilega? quid ais venœfica? Omnes tibi opes operam/studiū animum & deniq; meipsum tibi deuoueo. Laudare est ore & voce aliquem commendare. Probare est alicuius virtutem animo approbare: hoc ergo maius est illud minus quemadmodum vocis iudicium animi iudicio est in efficacius. *Similiter* diligere est mediocriter/amare vehementer/colere cum veneratione. postremum ergo maximum est. Vereri est cum reuerentia timere/obseruare est venerari & honore quem amamus prosequi. Admirari est ob virtutis magnitudinem admiratione capi. quare postremum vehementissimum est. Turpia ihonesta/que virū studiosū minime decent. Obscœna/lasciua scurrilia. & p̄ter honestatē sordide ac petulāter dicta āt facta.

Terentius

Tetra.horrenda.nephanda:infanda. Fœda que adeo execrãda sunt.vt narrata audientium aures offendãt:quare hoc vltimum maximum est. Virtus est animę habitus ipsam perficiens atq3 opus eius bonũ reddens. Officium est ex virtute procedens operatio: & hoc quidem maius est:quandoquidẽ laus omnis ab ipsa actione surgit.non enim ob habitus tantum cõmẽdamur:sed ob bonas(quę ex illis enascũtur)operationes. Adde officium finem esse virtutis:quia ob officium exercendum ordinatur:finis autem pręstantior est his/quę sunt ad finem:vt in morali philosophia latius discutiendum est. Secũda pars est / si tria sint in oratione quorum duo cuiuspiam rei partem tantum denotant/ &tercium complectatur totũ/tunc illud generalius fine collocandum est.vt amicus amico consilium.vires.operam.pręstare debet:nempe consilium animi ẽ: vires corporis opera vtrũq3 complectitur. Tercia pars est/si multa in oratione eadem ponũtur:quorum vnum se habet vt magis commune ad ętera:quę sua significatione complectatur:quod communius est pręcedere debet: & specialia sequi. vt omnis virtus.fortitudo.temperantia.liberalitas. laudẽ meretur:Animalia rationis expertia.equi.boues.asini. longe sũt homine inferiora.

cxxxv. De quisquis/ vt vt/vbi vbi.

Multotiẽs geminatio in quibusdam tam verbis in finitis q̃ aduerbiis tanti valet:quanti id nomẽ semel& cũq3:vt quisquis pro quicũq3/quotquot ꝓ quotcũq3/quãtusquantus pro quantuscũq3/qualisqualis pro qualiscũq3/vtvt pro vtcũq3/ vbivbi pro vbicũq3/Et id aduerte diligenter.

Quando iste dictiones quis.qualis.buntus.quod.vbi.vt.& similes geminantur:significant idem:q̃ simplex dictio composita cum cũq3 vt quãtum quantum.i.quantuncunq3/ quoquo ꝓ quocunq3.quotiens quotiens ꝓ quotienscunq3.Terentius: Iã vbi vbi erit inuentum tuum pamphilum/& adductum curabo. Et petunt hę dictiones geminas orationes:quoniam vno verbo sentenciam non complent: vt hoc quidem negocium expediam:vtcunq3 ferent vires. Pręterea conponuntur predictę dictiones cum uis.vt quiuis.quantuuis.quouis.vbiuis.&

Terentius

significant idem quod ipsemet composite cum libet: vt quilibet/quantumlibet/quodlibet/vbilibet/scilicet indifferentiam persone: quantitatis: vel loci: vel cuiuspiam alterius rei & vnū tantum requirunt verbum. vt vbiuis loci maneamus. id est. in quocunq3 loco placet vel petis. Illud etiam non est omittendum q̄ q̄uis quicunq3 & quisquis idem significent: non tamē eodem modo inflectuntur nec eosdem retinent casus nam q=cunq3 per omnes casus vtriusq3 numeri in triplici genere declinatur nec vllus casuum ad integram declinationem facientium ei deest. Sed quisquis geminata dictio solum illos habet casus singulares & plurales qui nominatiuum singularem syllabis non excedunt: ceteris autem nominatiuo in syllabis supcrescentibus caret. Quare in singulari numero nominatiuum habet in omni genere accusatiuum & ablatiuum vt quisquis quemquē quoquo: queque quamquam quaqua: quicquid quicquid quoquo: & caret genitiuo & datiuo singularibus nominatiuum in syllabarum numero superantibus: non enim dicim⁹ cuiuscuius cuicui. In plurali numero nominatiuum & accusatiuum pluralem tantum habet vt qqui. quosquos. queque quasquas queque queque vtroq3 nominaliter scripto: nā queq3 vbi secunda pars coniunctio est correpta: venit a quisq3 & significat omnia: de quo nunc sermonem non agitamus. Et caret' genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus: q̄ his casus plures nominatiuo syllabas habeant/dicimus enim nunq̄ quorumquorum quibus quibus licet enī ars omnes admittat casus: vsus tñ (quē penes arbitrium est & ius & norma loquendi) huiusmodi excrescentes casus non recipit. Et quoniam de comqositis huius dictionis quis incidit sermo: non videbitur huic loco incongruum id vnum de illis adiicere: q̄ hoc nomen infinitum siue pronomen (nihil enim in presentiarum refert) in nominatiuo singulari fœminini generis/& nominatiuo & accusatiuo plurali neutri generis habet quę vel qua: quod nō est intelligēdum de ipso simplici q̄ in differēter alterā illarū terminationū in p̄dictis casibus hēat Dicimus em̄ in sīplici in p̄dictis casibus sēper quę nec vnq̄ recte loquētes dicerem⁹ qua: sed hoc ratione cōpositorum eius positum esse cognoscant oēs: nam aliqua eius composita habent e in predictis casibus & non a. Cōtra alia habent a & non e: ad quod clarius dinoscendum ponuntur duę regulę. Prima. omnia composita pronominis q & etiam pronominis quis habentia hoc ipsum pronomen in principio cōpositionis: habent i noīatiuo singulari fœminini generis & ī noīatiuo & acc̄ō plurali neutrius generis. e. & nō

Quicunq3 quisquis

Cōposita a quis & qui

a.vt quidam.quiuis.quicunq; quilibet:habent quidam.queuis quecunq; quelibet & non quadam quauis quacunq; qualibet. Item quisnam quisquis quispiam quisputas quisq; quisq̄ habēt quenam quepiam queputas queq; queq̄ & non a. Secunda regula est/ q̄ composita huius pronominis quis habētia hoc ipsum pronomen in fine & non in principio:habent in nominatiuo singulari foeminini generis & in nominatiuo & accusatiuo plurali neutri generis.a.& non e.vt aliquis aliqua & nō alique/siquis siqua & non sique. Virgilius.Siqua tui coridonis habet te cura venito/nequis nequa non autem neque. Virgili⁹ in octauo eneidos.Atq; hos nequa forent pedibus vestigia rectis.

Virgilius

Simplicis autem nominis infiniti quis vel qui in numero singulari masculini generis duplex nominatiuus diuersa(vt satis omnibus cōstat)sortitᵉ officia nam quis interrogat & nō refert.qui vero refert non autem interrogat:in ceteris casib⁹ eadem voce huiusce pronominis interrogamus & referimus: excepta hac neutra voce quid:qua interrogamus solum referimus vero nūq̄. Proinde ab altero neutrius generis nominatiuo multū differt. Nam quod refert & interrogat & adiectiui fungitur officio:nam substantiuum eiusdem cum eo generis numeri & casus sibi asciscit:vt quod munus/quod donū/ nec alterum secum adiectiuum admittit nisi illud in vim substantiui transierit vt quod bonum/quod malum. Quid vero interrogat solum aut inde terminatam reddit locutionem cum significat aliquid: & substantiui naturam habet. Adiectiuum enī & genere & numero & casu sibi conforme recipit. vt quid vtile/quid dignum tantis meritis rependam? Substantiuum vero eodem casu secum nunq̄ habet sed bene ī genitiuo casu positum vt quid animi habes/quid cause est q̄ ad me non veneris:quēadmodum tertio & vicesimo precepto latius declaratum est. Eandem seruant differentiam in neutro genere composita huius pronominis quis. & qui.nam que.o.ante.d.habēt adiectiuorum seruant naturam.vt quoddam/aliquod/ quodlibet/quodcunq;:sed que.i.ante.d.retinēt substantiua sunt:quiddam.aliquid.quicquid quicq̄ quippiam. De quorum quidē cōpositorū & simplicis natura latius tractanda alius requiritur locus:nec debet quisq̄ istorū acceptiones:& que grāmatice locutioni conducūt proprietates:vt exiguū aliquid relinquere aut cōtēnere:nempe ex his recte intellectis certa patet ad eloquentiam via:quibus sane neglectis aut perperam intellectis ne latinum quidem sermonem quisq̄ proferre posset.

Et id aduerte diligenter: accedit pro additur q̃ vsitatum est tam pulcherrimū videri debet. Vnde & accessio additionem signat. vt ad meas miserias mihi accedit dolor. i. additur.

Accedere pro adire accusatiuum vel loci vel persone sine p̄positione requirit: vt accessi patrem. Interdum adiungitur prepositio ad. Terentius in eunucho. Accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis. inde accessus. us. ui. nomen. i. aditus. Ouidius Quo ferar? accessum terra paterna negat. Accedere vero p̄ addi. & adiungi. datiuum exigit. vel accusatiuum cum prepositione. ad. vt malo malum accedere solet. Ad meam paupertatem mihi accessit & moribus. Inde accessio: adiectio/cremētum. vt siqua tibi fortune accessio fuerit: ne mei sis immemor oro. Tantus est meus in te amor: vt ne vllam quidem accessionem illi posse fieri crediderim. Terentius Ouidius

cxxxvii. De cōfido.

Confido non sicut quidam arbitrant̄ (nescio quo pacto) construitur: sed iungitur datiuo/alias ablatiuo casui & in his potissimum versatur: que ad animum spectant. vt confido tua virtute/humanitate/tuo consilio/& idem de aliis huiusmodi.

Confitere est fiduciam habere nec accusatiuum cum prepositione super aut ablatiuum cum preposione ī post se petit vt pleriq; arbitrantur. Sed vel datiuum. vt tue humanitati confisus ad te confugere decreui. Vel ablatiuum sine prepositione vt tua (qua in omnes vteris) benignitate confisus: opem tuam implorare statui. Simplex autem fido modo datiuum habet Mantuanus. Fidite virtuti: fortuna fugacior vndis Baptista Mātuanus
Non manet: & certam nescit habere domum.
Modo ablatiuum: vt tua fisus beniuolentia intrepidus te accessi. A fido fiducia in bonam partem. A confido confidentia in malam partem accipitur pro malefaciendi impudentia & audacia. Terentius. O ingentem cōfidentiam. Terentius

cxxxviii. Credo pro committo

Credo quoq; p̄ cōmitto/ornatissimū ē: vt credo tibi consilia mea/credo tibi grandem pecuniam.

& sic de aliis.

Ccredo pro committo transitiuum est & datiuum cum accusatiuo postulat. vt credo tibi negocia mea. Virgilius. Ausus se credere cœlo. Interdum fidem habere etiam trāsitiuum. vt Quintilianus in sexto Credēdum doctissimis hominibus: qui vnicum aduersorum solacium litteras putauerunt. Vnde res non est credita quę non accepit fidem apud audiētes. Virgili9 Ora dei iussu non vnq̄ credita teucris Inde nomen credulus/ qui credit. Virgilius. sed nō ego credulus illis. Inuenitur hoc nomen cum accusatiuo mediante prepositione in. Ouidius

Virgilius

Conscia mens recti fame mendacia ridet:

Ouidius

Sed nos in vicium credula turba sumus.

Et credibile quod credi potest. Incredibile quod hominum fidem excedit. Deniq; credere est fidere: & datiuum solum petit. Virgilius in bucolicis/ O formose puer nimiū ne crede colori. Idem Non bene ripe creditur.

cxxxix Grandis/ maior vel minor natu.

Grande adiectiuum nomen proli vel ętati conuenit vel pecunię. pecunię exempla supra posuimus. Sed hic grandior nestore videtur: id est videtur ꝙ nestorem vincat ętate & antecedat: hic ē grandis natu: grandissimus natu significat longœuum hominem atq; admodum senem. Et quia de natu facta mentio est: maior natu ornatissime significat seniorem/ sicut minor natu iuniorem.

Grande adiectiuum significat magnum. & attribuitur interdum moli vt grandia saxa & edificia recte dicimus. Attribuitur & pecunię: vt hic grandi pecunia mulctatus est. Preterea proli vt hic filiorum est grandior. Deniq; ętati & cęteris quidem frequētius: vt hic est grandis ętate/ ęuo/ natu. i. pfecta etate/ grandior ęuo q̄ iohannes. i. maiorem habet ętatem/ grandissimus natu. i. annis & ęuo maturus siue grandęuus. Natu vero ablatiuus est singularis ętatem significans: & recte adiectiuis cuiuslibet gradus excessum aut diminumētū significantibus additur. vt iohannes est maior natu ego. i. senior/ maximus natu. i. antiquissimus. Sū minor natu q̄ iohānes. i. iunior.

Ego sum minimus natu fratrum.i.minimam inter fratres eta tem nactus. Nestor filius Nelei rex Pyli:trecentos annos vi xisse memoratur.vt ipse apud Ouidium de seipso refert. An= nos vixi bis centum iam tertia viuitur etas. Nestor

cxl. De parenthesi

Insuper haud illepida fit interpositio nonnunq̃ in oratione atq̧ interiecta parẽthesis:vt dedisti ad me(que mea sũma est voluptas) suauissimas lit teras.omnes amicos(nisi fallor)plurimum admi= ror. Scire velim ex te(ea nãq̧ est amicorum con= suetudo)quid nuper i causa marci antonij egeris. Et ita demum re postulante nostram orationem huiusmodi interpositionibus aspergamus.

Parenthesis latine interpositio dicitur & est integrę sen= tentię inter alterius diuise partes interceptio:duobusq̧ semi= circulis a sentẽtia cui interponitur distingui solet. Ea ornatis simam reddit orationem: si modo accommodate & deceden ter fiat:neq̧ nimium frequens:sed materia orationis expeten= te.vt me vltima(vt ita dixerim)suspiria trahẽtem ad vitam re uocasti. Tuę litterę summam (mihi crede) voluptatem animo meo attulerunt. Virtus(vt mea fert sententia) cęteris dignior habenda est. Si tibi vita(quod dii iubeant)sit superstes:mirum in modum gaudeo:sin languida(quod superi auertant)valitu= do:tuam sortem doleo.

cxli. De increbruit.

Hec res apud me increbruit:& fere significat ad aures peruenit:& rei noticiam significat.

Crebrescere frequentius esse & augeri significat. Virgilius. Crebrescunt optatę aurę.inde increbrescere frequenti narra= tione diuulgari & ad cuiuspiam noticiam peruenire:& accu= satiuum petit significantem personam vel locum cum prępo sitione apud.huius rei fama apud nos increbruit.

cxlii. Vt nos nescire quid dicamus.

Nescio hanc rem/ ignoro/preterit me/ fugit me/

latet me/huius rei nescius sum/ignarus sum/hec res scientiam meam fugit.

Trifariam rei alicuius ignorantiam exprimere possumus. Primo ponendo personam ignorātem in nominatiuo & rem ignoratam in accusatiuo cum istis verbo nescio/ignoro vt nescio huius rei veritatem. Secundo ediuerso ponendo rē ignoratam in nominatiuo & personam ignorantem in accusatiuo cum istis verbis fugit/preterit/latet: quę interdum significant ignotum & incognitum esse. vt huius rei veritas me fugit/illius rei noticia me preterit. Virgilius. Nec latuere doli fratrem iunonis & irę. Tercio ponendo personam ignorātem in nominatiuo aut altero quocūqȝ casu/& rem ignoratam in genitiuo cum istis adiectiuis nescius/ignarus/inscius/iperitus/ignorans Vt hui⁹ profecto rei sum nescius/Istius loci sum ignar⁹.

cxliii. Reliquū est pro restat.

Hoc reliquum est. i. hoc restat: per pulchre & magno cum ornatu idem significat. Exemplum est: omnia tibi & natura & fortuna tribuit: reliquum est vt bene & laudabiliter uiuas.

Reliquum est pro restat post se requirit coniunctionem vt cum verbo optatiuo. vt cū claro polleas ingenio/ & egregios preceptores nactus fueris: reliquum est vt litteris insudes. Cū tibi superi optimos prestiterint parētes/ & animum virtuti natum. reliquum est vt pro viribus bene agas. Sic dicimus nihil spei est reliquum: ille nihil pecunie reliquum fecit.

cxliiii. Vulgo. i. vbiqȝ

Rumor est vulgo. i. vbiqȝ & cōmuniter dicitur & ornatus est sermo.

Cōmuniter barbare significat fere apud ommnes siue quod in omnium ore versatur. Recte enim est cōiunctim collectim & simul: vt illi communiter victitant. Ouidius. Diiqȝ o cōmuniter omnes. Vulgo autem aduerbiū significat vbiqȝ & quod inepte per communiter significatur. Terentius Verū est quod vulgo dici solet omnes sibi malle melius q̄ alteri. Quintilian⁹ in septimo. Vulgo dicitur scœlera non habere consilium.

Ouidius.
Terentius.
Quintilian⁹

cxlv. Accipere pro au
dire & cognoscere.

Accipere pro audire & cognoscere peruenuste dicitur. vt accipi rumoribus quorum est incert⁹ auctor. Accepi hominū fama: quę certo auctore continetur. Accepi nūciis idest nunciationib⁹: quos nuncios: & qui mittitur affert. Accepi litteris q̃s plerūq; ab amicis accepim⁹ Et ĩ aliis cōsilib⁹ locis.

Accipio pro intelligere & cognoscere multū ex ornat orationem: si accusatiuo iungatur & ablatiuo intercedente plerūq; prepositione vt tibi bene esse ex tuis litteris accepi. Amicū meum bona esse valitudine ex nūcio accepi. Virgilius. Quo facere id possis nostram nunc accipe mentem. Pręterea accipere est habere siue pati & quibusdam accusatiuis iūctum splēdidam reddit orationem vt hic vulnus letale accepit. i. vulneratus est. Accepi iniuriam cladem & c. Iuuenalis quandoquidē accepto claudenda est ianua dāno. Rumor & fama vt declarat autor differūt q; rumor est rerum nouarum siue certo autore. Fama autem rerum recentium certo autore vulgatarum Nuncius modo ille qui nunciat aliquid & tunc actiue capitur modo illud quod nūciatur & tunc passiue. vt quod vulgariter dicunt habui bona noua sic rectius dicitur letum accepi nuncium. Tristem de fratris obitu nunciū accepi. Idem significat nuncium nuncii vt iocunda aut tristia accepi nuncia. Virgilius Iuuenalis.

cxlvi. hisce/hosce/hasce.

Pronominibus articularibus demōstratiuis consueuerunt oratores addere se adiectionem ĩ iis casib⁹q; in s desinunt euphonie causa: vt hisce hosce hasce pro his hos has.

Pronomen hic in casibus ereuntibus in s suscipit hanc syllabicam adiectionem ce vt huiusce pro huius/huiuscemodi p huiusmodi/hisce pro his/hosce pro hos: hasce/pro has. Terētius. hisce amabo tu non insidiabere: & capiuntur hec composita (sicut & simplex) demōstratiue. Preterea in casibus desinē Terentius

tibus in c componitur idem pronomen cum hac adiectione ci ne vt hic cine/hęccine/hoccine/hunccine/hăccine haccine hec cine & capiuntur hec omnia interrogatiue. Resoluuntur eni per suum simplex & aduerbium interrogandi ne. Terentius. hoccine est humanum factum aut inceptum hoccine est offici um patris.i.est ne hoc humanum factum/hoc ne est officium patris. Eodem modo siccine aduerbium idest sic ue:vt siccine accepta beneficia rependis.

cxlvii. De translatione hui⁹ ꝑpositionis cum.

Sępe prępositio quę prępont solet:postponitur: etiā si significantia eadē manet:& in quibusdam quidē semper:quę sunt mecū/tecum/secum/ nobiscū/vobiscū/In quibusdā quoqꝫ nō semper:vt quicum quocū quibuscū. Te propter ac etiā propter te idem significāt:& sic quibuscū & cum quibus: & in his potissimum ea prepositionū translatō fit quo modo enumerabimus.

Cum prepositō per anastrophen postponitur interdū suo casuali:vt semper in ablatiuis tum singularibus tum pluralibus trium primorum pronominum ego tu sui. Interdum & ablatiuis huius pro nominis quis vel qui. Terētius vt habeas qui cū saltites. Est michi socius quo cum familiariter viuo:sunt & amici quibuscum iocundissima michi est consuetudo. Aliis itidem prepositionibus id cōuenit. Virgilius. Te propter eundē extinctus pudor. Ouidius Te penes arbitriū nostre viteqꝫ necisqꝫ. Vir ille quo de verba modo feci adest.id tamen frequēti⁹ carmine quam prosa vsu venit.

cxlviii.clam prepositio
potius q̄ aduerbium.

Clam plerūqꝫ prępositio est & nōnunq̄ aduerbium:sed oratores prępositionem potius accipiunt siue iūgantur ablatiuo vt priscian⁹ sētit/siue actō quod opinatur donatus.vt clam me profectus est idest me nesciente.

Clam ꝑpositio ablatiuo pocius iungitur. Terētius nec clam te est q̄ illi vtreq; res inutiles sient. i. non ignoras. Interdum ad uerbium scilicet nullo sequēte casu & significat furtim: latēter vt clam ingressus ē: & rursum clam abscessit. Inde clanculum. Terētius. Inuidere oēs michi & mordere clanculum. Inde clā destinum: furtiuum occultum & latēs vt clandestinum odium clandestinum incēdium. Palam ei opposita dictio aliquando ꝑpositio est vt palam omnibus hoc factum est: aliquando aduerbium. Iuuenalis Fiēt ista palam Terentius Terentius Iuuenalis.

c xlix Coram & ꝑposito & aduerbium

Coram cum accentu in prima syllaba prepositio est: & quid significet nemo est qui nesciat: cū accē tu vero i vltima syllaba: aduerbium pulcherrimū est significans (vt ita dicam) presētialiter: quo frequentissime viri docti vtuntur. Vt apud. M. Ciceronem Cupio tecum coram iocari. i. presentialiter. Etiam coram tecum loquor. Cicero

Coram ꝑpositio inconspectu significat: vt coram iudice causam egi. Corā senatu orationē habui idest ante senatores. Sed cum aduerbium est: significat ꝑsentialiter. Virgilius corā quē queritis assū Cū michi tecū corā loquēdi non datur copia: has adte litteras dare cōstitui. Terēti⁹. Ah vereor hos corā te laudare. Virgilius Terentius

c l. De aduerbiis in i & in u desinentibus.

Multa aduerbia in i exeūta etiam in ipsis ępistolis sunt pulcherrima: sed hec imprimis. ruri vespi domi belli. Multa item in o: serio/cōsulto/postremo/ falso/merito/precario. Cętera vero in eodē exitu desinentia haud in frequenti sunt vsu oratorum. In u vero non multa sūt: diu cuius significatio manifesta est: interdiu quod est quasi infra medij diei tempus/ & noctu pro nocte quod magis nomen. Vnde diu noctuq; dicimus.

Aduerbia in i terminata orationem venustam reddunt. vt iohannes ruri vitam agit. Terentius. ruri se continebat: nẽpe ibi aduerbium est non nomen: nominaliter enim rure dicimus. Terentius. ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi Vesperi: tempore vespertino aduerbium est Terẽtius. nunq̃ tã mane egredior neq; tam vesperi reuertor quin te in agro conspicer fodere. Ibi vesperi aduerbium est: nominaliter enim in ablatiuo singulari vespere dicitur. Ouidius: Seroq; trahens a vespere nomen. multa domi egregia facta gessit: belli vitam egit pro in domo i bello Similiter aduerbia in o vt letio idest citra iocum vt serio loquor: consulto idest premeditate & ex consilio: vt consulto id feci idest debita opera siue ex industria. Sic etiam dicimus aduerbialiter composito idest ex conuẽtione vel pacto prius inito. Virgilius Composito rumpit vocem & me destinat are. Postremo vel postremũ primo vel primũ. vt te nunc postremo alloquor. Falso & vero vt hic falso me accusat vero hanc rem cognosco: merito idest digne. vt merito te amo ob singulares (quibus ornatus es) virtutes. Precario per p̃ces. Plynius de viris illustribus. Et quasi precario regnare cepit. Aduerbia in u sunt diu pro longo temporis interuallo: vt iam diu te videre optaui. Nec dicẽdum est diu est q̃ ego te nõ vidi: quin potius multis ante diebus te non vidi: vel multo añ tẽpore michi vis⁹ nõ es. Inter diu tẽpore diturno sicut noctu tẽpore nocturno. vt pleraq; aĩalia interdiu dormiunt & noctu vigilant. Diu p̃terea capitur nõnunq̃ pro diurno tẽpore vt diu noctuq; litteris insudandum est.

Terentius — Ouidius — Virgilius — Plynius

c l i. Nullus pro non

Nullus a um nunq̃ pro non: presertim sum es est verbo adiuncto. vt nullus sum. i. interii Respublica nulla est. i. extincta est: idq; ornatissimũ fũerit

Nullus pro non cum verbo sustantiuo nullo altero sequẽte nomine ponitur. Terẽtius. Nullus es geta. i. peristi: occidisti. Ouidius proq; viro qui nullus erat veniebat ad aras idest qui pierat. Vbii vero alus adiungitur verbis aut verbo sustantiuo aliquo nomine sequẽte nullus: solitam habet significationem: vt nulla michi sine te est voluptas.

Terentius — Ouidius

c lii. Presto sum idest assum vel appareo

Presto sum significat assum & fere appareo: & sic

idem aduerbium eiuſdem verbi modis omnibus ac temporibus peruenuſte connectitur in eadem quam modo poſuimus ſignificantia: vt preſto michi fuit ſeruus tuus vrbem ingredieti. i. affuit.

Preſto non ſignificat paratum vt pleriq; putāt dicētes ego ſum preſto tuis obſequiis ſed idē eſt ꝙ preſes: & verbo ſubſtātiuo per omnia tempora & modos adiūctum: explicatur per verbum aſſum cōſimilis numeri perſonę & temporis vt cum nobis eūdem fuerit: ero preſto. i. adero. Cum litteras ad te dare volui: non fuit preſto mihi tabellarius. i. non affuit. Aduerbium dicit in analogia: ſicut enim aduerbium adiectum verbo ipſum determinat ita nomen preſto additum verbo ſubſtātiuo adiacet ipſi more aduerbii.

c liii. licet mihi bono viro eſſe: vel bonum virum.

Licet michi bonum virum eſſe & licet michi bono viro eſſe: vtrunq; latine atq; vſitate dicitur: ſed id poſterius magis oratorum eſt.

Infinitiuus verbi ſubſtantiui ſcilicet eſſe ſi nominatiuū antecedentem habeat: habebit & ſequētē vt cupio tibi eſſe bonus amicus & non amicum. Si vero obliquum pręcedētē habet vt genitiuum datiuum vel ablatiuum: eiuſdem caſus ſequētē obliquum habere poteſt: vel accuſatiuum poſt ſe: tametſi obliquus caſus pręceſſerit Et ꝗuis tunc diuerſis caſibus interponi contra verbi ſubſtantiui naturam videatur: nullum tamen eſt contra grammaticę legis vicium: nam facile ſubauditur accuſatiuus verbo ſubſtantiuo preponēdus. vt eſt patris eſſe benignū in filios. Inter eſt ſcolaſtici eſſe ſtudioſum & modeſtum. Ouidius Et tute non licet eſſe mihi. Idē. quo mihi commiſſo non licet eſſe piam. Sic licet mihi eſſe docto vel doctum: probo vel probum & ſic de aliis. Ouidius

c liiii. Perpetuum & imperpetuum aduerbia.

Perpetuum & imperpetuum aduerbia pro eodē ponuntur & eis frequenter vtimur.

. Perpetuum & eius compositum imperpetuum significant p petuitatem tēporis & iugem duratione͂. vt meus in te amorp= petuum durabit Virtus imperpetuū manet: nullo interitu ca= sura. Dicimus & perpetuo aduerbium. Ouidius Perpetuoq; vi= rens buxus. Sic eternum & ineternum aduerbia sunt. Virgili⁹ Eternumq; vale dulcissime palla. Ineternum tui apud me erit memoria. Sic longum aduerbialiter pro longo tēpore. Virgi= lius in buco. Et longum formose vale: vale inquit iolla.

Ouidius
Virgilius

c lv. Deuincio pro obligo.

Deuincio verbum pulcherimum est: tamen pre= cipue epistolis congruit. Significat & deuincio obligo & deuinctus obligatus: sicut & sepe obno xius: quod non solum trito more significat quod notum est: sed etiam deuinctum.

Deuincio interdum coniungo & vinculo connecto signifi= cat. & regit datiuum eiusdē persone cum nominatiuo supposi to: pterea accusatiuum & ablatiuū sequēte ppositione. vt hic sibi oēs summo deuinxit amore. Ego sum tibi vera deuinct⁹ charitate. Ob amorē illum quo vterq; mutuo deuincti sumus te vt id facias rogo. Preterea significat obligo & eandē cum priore seruat constructionē. vt sum tibi ppetua seruitute deui ctus Me tibi innumeris iisdēq; maximis beneficiis deuixisti Terētius. spero consuetudine & coniugio liberali deuinctum chreme ex his facile emersurum malis. Obnoxius itidē obli= gatus significat: vt quod vulgariter dicunt ego multum tene= or tibi: sic elegantius dicitur ego sum tibi plurimum obnoxi⁹ Preterea obnoxius est subiectus vt variis casib⁹ & morbis vi ta nostra obnoxia est.

Terentius

c lvi. Collocare apud aliquē beneficium.

Collocare apud aliquem beneficium est alicui be neficium facere: vt apud gratos viros beneficium collocasti.

Collocare apud aliquē beneficium est meritum & beneficiū in aliquē conferre: & accusatiuo significanti personam iungit cum ppositione apud vt quicquid apud ingratos beneficii col locatur: id totum prorsus perditur. Si quid apud me beneficii

collocaueris nō me ingratum senties. Cumulare aliquem meritis/beneficiis/donis/muneribus: pene idem significat vt me amplissimis (que tua est liberalitas) beneficiis cumulasti.

clvii. Gratificor.

Gratificor tibi hanc rem preclare vsurpatur pro gratum facio.

Gratificari verbum deponens est gratum facere, & datiuū significantem personam petit adiuncto interdum accusatiuo significante rem que grata fit cuiq̄: vt quod inculte dicunt faces mihi magnum placitum. sic potius dicendum est. Michi profecto rem facies q̄gratissimam. vel hac in re mihi non parum gratificabere. Nullum pro te laborem recusauero dū me tibi gratificari sensero. hāc tibi rem gratificabor vel hac in re tibi gratificabor.

clviii. De indulgeo & ignosco.

Indulgeo sane verbum est aptissimum & splendidi ornatus: quod & datiuo iungitur/ & fere significat do operam/ atq̃ ita exponitur. vt hic nimio somno indulget. i. nimis dormit/ nimio cibo idulget. i. nimis comedit. de aliis consimili pacto. Indulgere preterea quasi concedere: est verbum luxuriosam quandam designans clementiam: & indulgentem patrem appellamus leniore erga liberos ingenio. quare & ab ignosco plurimū differt Est enim ignosco parco id est do veniam siue excusatū habeo. Ignosco tibi siquid (exempli causa) admiseris sceleris. Indulgeo vero & multa agere impune queas. Quorum verborum discrimen diligentissime consideratum est.

Indulgere modo operam dare significat. Virgilius Quid in sano iuuat indulgere labori. hic genio indulget. i. voluptatibus animū laxat: idulget baccho: studio. i. vino vel studio dedit⁹ est. Modo p̄mittere vt que velis impune facias & pro liberi animi arbitrio licenter agas. vt hic aīo indulget qui quicq̄d ap- Virgilius

h. i.

petit animus laxis concedit habenis. Mater indulget filio: & preceptor discipulis: qui omnia discipulos impune agere sinit. hinc indulgentia mollicies animi: leuitasq; & citra honestum clemētia. Mātuanus Mantuanus blanda patrum segnes facit indulgentia natos. Nnec apud probatos autores indulgentia veniam significat. vt multi credunt optantes deum concedere indulgentiam peccatorum. Nulli enim deus concedit indulgētiam. i. licentius peccādi impunitatem: sed pro sua pietate veniam cōcedit: hoc est pcit & ignoscit malo perpetrato. Ignoscere autem est commisso crimini parcere: & veniam dare/ & meritam penam remittere. vt ignosce queso meo errori: quē posthac nunq̄ commissurus sum. huic culpa ignoscenda est q̄ facile veniam meretur. Ergo ignoscere ad preteritū spectat: indulgere vero ad futurū. Ignoscere bonorū est: indulgere malorum: quādoquidē bonus nunq̄ indulget vt malū ipune fiat.

clix. Tantus & quantus.

Tantus a um & quātus eodē modo se habent in oratione: vt raro alterū absq; altero ponatur vt cōcio hec tāta ē: quāta ātehac vnq̄ fuit. Tribuis mihi tantū quantū nec agnosco nec postulo. Tantū i te est doctrine: quantū i doctissimo solet eē viro.

Tantus & quantus sibi mutuo respondent vt alterutro precedente alterum sequatur. vt; Tanta est tua virtus quantam homines predicant. inde tantum & quantum aduerbia similem seruant annexionem vt tantum te amo quantum tua reqrunt merita. Iuuenalis Iuuenalis. Quātum quisq; sua nūmorum seruat in archa: tantum habet & fidei: interdū alterum eorum subticetur & alterum exprimitur. Iuuenalis. Crescit amor nūmi quātum ipsa pecunia crescit. Aliquando tātum aduerbium est exclusiuum significans solum vel tantūmodo. Quintilian9 Quintilian9 libro septimo. Nemo expectet vt alieno tantum labore sit disert9.

clx. Talis & qualis

Talis & qualis alterutrum creberrime ponit: raro vtrumq;. vt talem solemus sentire bonum virum: & subintelligimus qualem diximus. Et contra. Oratio est illustris qualis alter nullus reperiatur Verum hec de his satis.

Talis & qualis licet mutuam habeant sepius connexionem vt cum vnum precesserit alterum fere sequatur (vt talis est tua beniuolentia qualem fama prius accepi. Sepe tamen vnum sine altero ponitur vt cum quis alicuius virtutes memorauerit & subiungat. Talem profecto virum summis extollere p reconiis equum est. ibi talem relatiue sine altero expresso ponitur: Item Cicero clarissimus fuit orator: qualem & quintilianum fuisse ambigit nemo. Interdum post talis ponitur qui pro qualis. vt talem te velim ostendere quem omnes laudant.

clxi. Vel pro etiam.

Vel pro etiam particula in multis locis rectissime congruit vt hannibal fuit imperator vel omnium primus. Tua eximia virtus vt te amem vel maxime impellit.

Vel coniunctio disiunctiua significat aut. Quītilianus libro primo. Ipsius magistri (si tamē ambiciosis vtilia preferet) hoc opus sit cum adhuc rudia tractabit ingœnia: non statim onerare infirmitatem discentium sed temperare vires suas: & ad intellectum audientis descendere nam vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuūt: sensim aūt influentib9 vel etiam instillantibus complentur: sic animi puerorum quātum excipere possint videndū est. Nam maiora intellectu velut parum aptos ad percipiendum animos non subibunt. Aliquando significat etiam. & tunc cum multis dictionibus: tum superlatiuis & adiectiuo solus potissimum adiungitur. vt cicero orator est vel omnium clarissimus. Quintilianus libro primo de grammatica Quo minus sunt ferendi qui hanc artem (grammaticam intelligens) vt tenuem ac ieiunam cauillantur que nisi oratoris futuri fideliter fundamenta iecerit quicquid superstruxeris corruet: necessaria pueris: iocunda senibus: dulcis secretorum comes: & que vel sola omni studiorum genere plus habet operis q̄ ostentationis Deniq3 vel pro saltem accipitur vt si non te coram videre: vel litteris tuam cognoscere valitudinem concedatur opto.

Quintilian9

Quintilian9

clxii. Versor.

Versor verbū in frequentissimo ē vsu veterum ac disertorū hoīm / perdiffusaq3 est eius verbi signifiātia ac deniq3 variis pōt ratiōib9 exponi. vt ego

versor in litterarum studio.i.do operam litterarum studio. Virtus circa difficile versatur. i. virt⁹ in difficili consistit. versamur in tenebris.i. fere sumus ac viuimus/& quasi stamus in tenebris Et (quod est exemplis superioribus declaratū) duos sibi plerumq; ac frequētius casus postulat: nam āt accusatiuo pręposita circa: aut ablatiuo in pręcedēte. Nam cum accusatiuo vt ante fūdum versari/ad portam versabatur perraro dicta sunt: sed quem admodum cęteris rebus oībus ita huic summa adhibenda est diligentia.

Terentius

Versari verbum deponens significat esse siue consistere: iungitur accusatiuo cum prepositione circa vel ablatiuo cū prepositione in. Terentius. Ah nescis quantis in malis verser miser. Hic in ciuilibus versatur negociis.i.circa res ciuiles animum intendit illisq; occupatur. Grāmatica circa latini sermonis compositionem contextumq; versatur: rethorica vero circa ornatum. Aliis prepositionibus adiūctos casus raro admodum habet. Versor itidem passiuum est huius frequētatiuū verso as are: quod frequēter mutare aut aīo agitare significat. Virgili⁹ Sors omnia versat. Idem. At cytherea nouas artes nous pectore versat consilia. Et tūc sicut significationem habet aliam: ita & cōstructionem. vt omnia cęco Turbine versantur.

Virgilius

clxiii. eniuero sinautem.

Nōnūq̄ duę pticulę ornatissię cōiungūtur: quarū eadē sit vtriusq; significatio. vt eniuero. nā p explēda sētētia altera dūtaxat sufficere poterat. & similiter siautē: cā cōplende sētētie eo ī loco aūt particula nullam omnino vim habet. Sin enim per se significat sed si.

Interdum due cōiūctiones idē penitus significātes sibi coniungūtur: quorum altera solū ornatus grā & nō maioris significatiōis denotāde adiūgit. vt eniuero pro quia. Immēsas tibi grās ago: eniuero mihi benignissię opē tulisti. Sinautē signifi-

cat sed si: quod altera pars scilicet sin per se significat. vt si virtutem colueris omnibus eris gratissimus: sinautem secus feceris & deo & hominibus eris inuisus. Apud probatissimos aũt autores nunq̃ sinautem significat sed si non: q̃uis plerique vulgariter loquentes id astruere conentur/ & in ea significatione accipi contendant.

clxiiii. Quoad pro quousque.

Quoad pro quousque non minus ornate ponitur q̃ latine vt volo ĩ vrbe esse quoad tu redeas. Ita ĩ plerisque locis consimiliter accipi potest.

Quoad significat quousque: & modo ad p̃teritũ refertur: vt te expectaui domi quoad venisti. mõ ad futurũ & hoc frequẽtius vt te sũmo ꝓsequar amore quoad vixero. Vñ nõ ab re notat Aulus gellius exactissimus autor idẽ tẽpus significari cũ dicimus. Tibi amicissimus ero quoad viuã & quoad moriar: illic eñi totius vite spaciũ cõplectitur oratio: hic vero vitę terminum & interitum: finitur aũt eo primum tempore & vita & pœnitus eodẽ quo mors vitalem aufert spiritum

clxv. Suscipere.

Suscipere nõ solũ (quod tritus/vulgatusque vsus habet) significat quod est super se accipere & quodã modo adducere aliquid: sed etiã perornate positũ in ępistolis cõmendatũ habere. vt suscipit Ciceronẽ cęsar in suis aduersis rebus: que vtique postrema significatio haud quaq̃ (siquis inspiciat accuratius) a priore illa aliena est.

Suscipere vulgata significatione est accipere vt magnos ꝓ te labores suscepi mĺta abs te suscepi beneficia. Terẽtius. porcinciã suscepisti durã. Preterea est cõmẽdatũ hẽre: vt hunc mihi amicissimũ meo noĩe suscipias velim. Ego tuis in negociis te suscipiã. i. cõmendatũ habebo: ꝙ siquas commẽdatos habemus illos in nostro presidio tutelaque accipere videmur. Terentius

clxvi. Positiuo adiuncta negatio contrarii positiui plerũque vim tenet.

Optima quoque ratio est vt positiuo cuipiã adiuncta negatio cõtrarij positiui vim ac significatonẽ

teneat: sed nõ ita plene/tamẽ accurrate illã exple at. cuius rei exẽpla subiiciamus. hic vir ẽ haud improbus: significat enĩ fere hunc hominẽ ꝓbũ potius q̃ ĩprobũ eẽ habendũ. Et philosophus haud ignobilis/histrio nõ illepidus/miles nõ instrenuus/ciuis haud malus. nã ĩ his eorũq; similibus rectius atq; vsitatius dicitur q̃ñ vis laudis cuiusdã ẽ: sed quasi dĩnute & quasi defraudate laudis.

Cũ aliquod positiuum exornare volumus: contrario eius negationẽ preponamus tã in noĩbus q̃ in aduerbiis vt dedisti ad me litteras nõ ĩiocundas. i. iocũdas. Non sũ huius rei nesci us. Iohannes haud litterarũ imperitus est. i. peritus. Illis eñ binis negationibus affirmatiuã assertionẽ per liptotẽ denotamus. Et q̃uis non vsq; adeo perfecta ẽ per negationẽ vt affirmationẽ significantia: maior tamẽ est decor & orõnis ornat⁹ vt nõ mediocriter te amo pro multũ: nõ parũ gaudeo ꝓ valde. Histrio q in scęna aliorũ gestus effingit & q̃proxime imitatur: Inde histrionicos mores dicimus/ex histrionatum leuitatem gesticulatoriam.

Histrio

clxvii. Peto hanc rem a te.

Quod grãmatici dicũt petõ tibi hanc rem: ornatius nec minus latine dici queat: peto hanc rẽ a te. Et id plurimum Cicero in epistolis consueuit.

Peto pro postulo duos quidẽ accusatiuos habere potest cũ verbũ sit vehementissime transitionis. Verũ loco alterius accusatiui personam significantis ablatiuũ potius habet cũ prepositione a vel ab: vt petiui te auxiliũ: sic ornatius: petiui abs te auxiliũ. interdũ & oro eiusmodi est nature. Terẽtius in andria. Imo vero nũc maxime abs te oro atq; postulo chremes. Alia eiusdem verbi significata huic loco non conducunt: que consulto relinquimus.

Terentius

clxviii. Conficior pro pereo.

Conficior passiua voce crebro vsitatum est pro eo fere quod est pereo: vt senio confectus sum. i. con

ſumptus vt vir inops ac miſer fame/frigore/dolore cõficitur. & ſic annis/etate/& ſtudio cõficit̃/ac merore labore ſenio cõfect⁹ & de aliis ſic pmltis.

Conficior pro consumor/attenuor/debilitor habet ablatiuum ſine prepoſitione vt animus meus dolore conficitur ob tuã aduerſitatem. Virgilius. Tum me confectũ curis ſomnoq̃ grauatum. Idẽ in tertio eneidos. marcie cõfecta ſuprema. Sic ergo venuſte dicimus: corpus labore/& animus dolore confectus eſt. Sum confectus moleſtiis. Alia huiuſce verbi ſignificata abunde apud alios traduntur hic non repetenda. Virgilius

clxix. Ablatiui cum participiorũ tũ aliorum peruenuſtam reddunt orationem.

Ablatiui caſus non participiorum ſolum: verũ etiam omnium aliorum in oratione perconcine ponuntur: preſertim ſiqua fuerit temporis ſignificatio. Et de participiis quidem manifeſtum ẽ. vt regnante Octouiano cęſare parta eſt vniuerſo orbi pax quaſi qua tẽpeſtate regnabat octouianus ceſar. Et aliud: Dionyſio ſiracuſis tirannidẽ gerente grauiſſima in ſicilia bella geſta ſunt. i. in quo tẽpore ſiracuſanorum tirannus dionyſius erat. Sed eodẽ quoq̃ modo alia q̃dã ſe habent noĩa maxĩe ſi dignitatũ & honorũ: vt Cornelio & galba edilibus curilibus actę ſunt in theatro fabulę. Quidã addũt participiũ exiſtẽtibus. Sed nos phibemus (q̃ad venuſtatẽ orõnis nõ ptinet) addi oportere Et idẽ Scipione cõſule pœni deuicti ſũt. Scipiõe imperatore euerſa eſt Numãtia & reliqua huiuſmodi pariter.

Cum duę fuerint orationes de ſuppoſito & appoſito ad diuerſa ſuppoſita relate & per aduerbium temporis coniuncte: verbum (cui aduerbium illud adiacet) elegãtius in ablatiuum participii mutatur remoto aduerbio: & illius ſuppoſitum

etiam in ablatiuum substantiuum illius participii. Et interdū conuertitur ipsum verbum ī participium presentis temporis: vtpote si actiuum vel neutrale fuerit: aut deponens presentis temporis rationem habeat: vt cum imperaret augustus noua salus mundo exorta est: sic elegantius dicitur. Imperante augusto noua salus mūdo exorta est. Cū sol oritur fugiunt tenebrę: sic venustius. sole oriente fugiunt tenebrę. nōnūq̄ verbum mutatur in participiū preteriti tēporis si videlicet passiuū sit: aut deponēs preteritū tēpus significat. vt postq̄ tuę litterę mihi reddite sunt miro affectus sum gaudio: sic. Tuis mihi redditis litteris miro affectus sum gaudio. postq̄ sol exortus est fugit vmbra noctis: venusti⁹ dicitur. sole exorto fugit vmbra noctis. Debēt autē (vt prius dictū est) ille due orōnes ad diuersa referri supposita. nēpe si ad vnū referentur & idē suppositū: tūc alterū verbū nō mutandū ē in ablatiuū participii sed nominatiuum. vt cū domū intraui nūciū offendi: nō dicēdū est me domū intrante nūciū offendi: sed domū intrans nunciū offendi. Cū mītis occupatus sum negociis non possum tuis reb⁹ intēdere. nō dicēdū est me distracto multis negociis nō possū tuis rebus animū intēdere: sed multis occupatus negociis nō possum & c. nā prima oratio & secūda eodē ligantur supposito.

Preterea noīa dignitatū cōcreta posita cū noibus propriis eorū qui illis dignitatibus functi sunt in ablatiuū trāsferūtur. vt Cicerone cōsule repressa est & extincta catilinę cōiuratio. Hānibale carthagīēsiū duce vastata est italia. nec debet expresse ibidē poni participiū existēs in ablatiuo. Verbū ad explicandū orationē potest subaudiri. Virgilius in septimo eneidos. Nō vobis rege latino. Diuitis vber agri troię ue opulētia deerit. Idē in bucolicis. Teq; adeo decus hoc œui te cōsule inibit. Octouianus cesar Iulii in imperio romano successor q̄ toto orbe ditioni romanorū subiectione diutius optatā pacē pacato orbi restituit: sub quo humani generis piissimus saluator salutiferā hoībus attulit pacē: cū huic orbi natus hominē merito dānatū exilio: offenso patri recōciliauit. Dionysius sicile tirannus crudelis & sacrilegus: cui eodē noīe & moribus filius in tirānidē successit: hic tandē ob suorū īmanitatē flagiciorum siracusis pulsus. Chorinti ludum litterariū aperuit vt narrat Valerius.

Virgilius

Octouian⁹

Dionysius siracusanus

clxx. de genitiuis cū possessiuis pronominib⁹

Licet etiam tam grāmaticę q̄ oratorię genitiuos quorūcūq; casualiū cum possessiuis quocūq; casu

prolatis cũiungere: quod & Priscianus tradit. vt mea causa venit & cęterorum amicorum. Meum agrum & marci ãthonii populati sunt. tuo amico & fratris gratificare: tuum imperatorem sectare & coriolani. noster ac fratris amicus: Sua ille confidit & ciuiũ prudentia: atq3 ita figuratur cõstructio in omnibus possessiuis. hinc Terẽtianum illud meo prçsideo atq3 hospitis. Terentius

Pronomini possessiuo in quolibet casu posito potest per cõiũctionẽ copulatiuã aiũgi genitiu9 rect9 a substãtiuo pronoĩs possessiui. vt meã & fratris vtilitatẽ quero. tuũ & patris negociũ cures tuo & amicoꝝ auxilio sum subleuat9. At sine cõiũctione media pronomina possessiua adiũgunt istis genitiuis vni9 soli9 ipsi9 cui9q3 duoꝝ/ipsoꝝ/triũ/oĩm/pluriũ/paucoꝝ: i. quocũq3 numero genere & casu ipsa pronoĩa cõstituta fuerit: itẽ & participiis pñtis tẽporis tam singularis q̃ pluralis numeri. Cicero. Dico mea vni9 opera rẽ publicã esse liberatã. Idẽ. & tu o ipsi9 aĩo cõiecturã ceperis. Sic recte dicim9 Tua soli9 culpa plectimur oẽs. Nostra oĩm salus in deo cõstituta est. Meũ scribẽtis librũ nõ auferas. Nostra studẽtiũ cura circa litteras versari debet. Ouidi9 Et flesti & nostros vidisti flẽtie ocellos Post ponitur etiã possessiuis quocũq3 gñe numero aut casu positis relatiuũ: referẽs personam possidẽtẽ per pronomẽ possessiuũ denotatã. vt accepi litteras tuas: qui es mihi amicissim9. Suscepi tua munera qui es mihi bñfactor amplissim9. Ouidius. Et mea scripta legis qui sum submot9 ad histrũ. Coriolan9 possessiuum est deductũ a coriolis vrbe volscorum: quo cognomẽto dict9 est gneus marti9 inter romanos vir illustris: q2 predictã volscorum vrbẽ ceperit. de quo Plynius libro primo de viris illustribus meminit Cicero Ouidius Coriolanus

c lxxi. De noĩatiuo possessiuo cũ gẽtõ possessoris.

Idq3 penitus inspiciẽdũ sit: quandoq3 etiã discretionis seu abundãtię cuiusdã causa solet addi cum genitiuo possessoris & noĩati9 possessiuus. vt suus est Caii cesaris mos idest eius & non alteri9 Suus

titii filius heres testamento constitutus est: Suus (vt ipse quoqȝ priscianus exponit) ad discretionē eius pertinet qui secundum leges suus non est id est sub potestate patris legitimi non est. Suus autem pro vniuscuiusqȝ proprio accipitur: quod ipsum apud viros eloquentissimos frequens est.

Suus sine coniunctione media potest iūgi genitiuo possessoris ad maiorem discretionem & certitudinem: vt sua patris beniuolentia/suum Ciceronis ingœnium. Sententię quidē necessitas non exigit pronomen addi possessiuum: ad cęterorum tamen exclusionem & certiorem attributionem additur. Preterea suus pro proprius eleganter habet post se obliquos singulares huius pronominis quisqȝ. vt scire veli que sit sua cuiusqȝ sententia. Quintilianus. sua cuiqȝ sunt vitia/sua cuiqȝ proposita est lex/su⁹ cuiqȝ decor. Persius. velle suum cuiqȝ est nec voto viuitur vno. Terentius. suus cuiqȝ mos. Virgilius. trahit sua quemqȝ voluptas.

Quintilian⁹
Persius

c lxxii. Quid distant die quarto & die quarta.

Die quarta (vt nonius marcellus etiā testis est) & die quarto nō idem significant: sed masculino genere preteritū tempus designatur: fœminino futurum. quod vetustissimi tamē aliter protulerūt: vt sic die quarto pro eo quod aliter nudiusquartus dicitur nudiustercius & itidem de aliis.

Nomen dies cum masculino genere nominis ordinalis positum: preteritum tempus apud antiquos significabat vt die tercio. nudiusterius quod barbare dicunt ante heri/die quarto nudiusquartus & ita deinceps. Sed fœminino generi nominis ordinem significantis additum significabat tempus futurum vt dia tertia: idest perēdie quod inepte dicūt postcras sic die quarta. i. sequēte diē phēdinū hec tamē differētia nō vsqȝquaqȝ seruata ab autorib⁹ cōspici t: quipoci⁹ dies in masculino genere diurnū tēp⁹ siue ꝑteritū siue futuꝝ significat. In fœminino autē genere tēp⁹ īcertū & lōgā tēporis morā notat. vt lōga dies hoī docuit parere leonē. lōga dies hoīeȝ exptū reddit ac efficit

c lxxiii. Quid īterest inter tua causa & tuscausa feci.

Mea causa & mei causa/tua causa & tu causa & ita i aliis pronominibus possessiuis (vt doctiores testant) dici possũt sine vllo discrimine: nec procedit illa differentia a quibusdam non indoctis excogitata

Autor seruiũ secut⁹ inter has orõnes tua causa feci & tui causa feci differẽtiã ponit his verbis. Tua causa feci & tui causa feci (ne preter veterũ & doctoꝝ cõsuetudinẽ aliquid efficiam⁹) inter sese haud mediocriter discernunt. Nã tui causa dicimus si quid ei ad quẽ sermonẽ vertim⁹ pstiterim⁹: vt tui causa ad anthonii castra profect⁹ fũ: quod est te tuẽdi gratia. Sed tua causa: cum tua (vt ita dixerim) cõtẽplatione aliquid alteri prestiterim⁹: vt tua causa fratris tui causam egi. Verum laurẽti⁹ vallẽsis de lingua latina bene meritus primo capite secundi libri elegantiarũ clare ostẽdit hãc differẽtiam a prisca doctissimoꝝ viroꝝ autoritate & vsu lõge esse alienã: probatq; nõ inualidis exẽplis nihil interesse inter has orõnes quib⁹ nomẽ causa cũ possessiuis pronoĩb⁹ aut genitiuis primitiuorũ iungit. Quem imitatus Guido iuuenalis in lingua latina nõ mediocriter eruditus: hunc autoris textum altero qui cõmẽtario premittitur textu permutauit: verioreq; laurẽtii vallẽsis sentẽtiã paucis explicuit. Vnde aliqua sunt noĩa que pronominib⁹ possessiuis iũgi quidẽ possũt sed nõ genitiuis primitiuorum: vt tua virtus non tui/mea longitudo non mei: sua pulchritudo: nostra prudẽtia vestra probitas: non sui: nostri: vestri: Alia sunt que sine vllo discrimine in eademq; significatione & possessiuis iungũtur & genitiuis primitiuorum: vt mea causa & mei causa: mea fama: & mei fama: mea imago & mei imago mea forma & mei. Terentius. Hem tot mei soliciti sunt causa vt me expleunt. Potius tamen & vsitasius (vt sentit laurentius valla) possessiuis pro noĩbus adiungunt. Alia & genitiuis primitiuoꝝ & pronominib⁹ possessiuis iungunt hac differẽtia: q genitiuus primitiuoꝝ adiuncta passiuã habent significantiam/ possessiuis autẽ addita: actiuam. qualia sunt amor/odium fastidium/copia vtilitas/vsus/memoria/ & similia. vt amor meus quo ego amo: amor mei qui habetur de me. Ouidius. Vror amore mei. Virgilius. Victus amore tui cognato sanguine victus. Sic odium meum quod in alterum habeo: odium mei quod quis habet in me. Memoria mea quam de aliqua re habeo/ memoria mei

Terentius

Ouidius
Virgilius

que habetur de me. Deniq3 aliqua & genitiuis primitiuorū & possessiuis pronominibus differēter iunguntur non eadē qua pcedētes dictiones differētia: sed altera: q scilicet cum genitiuis primitiuorum adiuncta partem integralem vel aliud quippiam eenāle rei significare p illum genitiuum pronominis important. At cum possessiuis. adiuncta partem possessionis aut quicq̄ extrinsecam habitudinē ad rem pronomine demōstratam retinēs significant qualia sunt pars: dimidium: medium/ mēbrum/ quid/ aliquid/ multum. vt pars mea idest ame possessa pars mei idest corporis: dimidium meum quod possideo: dimidium mei idest medietas corporis. quare nichil tui habēs bene aliquid tuum habeo.

c l xxiiii. De differētia inter genitiuos primitiui & possessiui

Hi genitiui primitiuorum mei tui sui nostri vestri semper capiuntur passiue vt hic gerit curam nostri idest curat nos seu curamur ab illo. Sed mis tis & sis nostrum & vestrum capiebantur actiue & possessiue. Sed mis tis & sis exoluerunt idest ab vsu recesserunt. nostrum vero & vestrum partitiue sepe ponuntur vt nemo nostrum/ mullus vestrum. quorum locum occupant & naturam pronomia possessiua me⁹ tu⁹ suus noster & vester

Prisciani sētētiam autor ponit genitiuos primitiuorū mei tui sui differre a possessiuis: q hec duplicā illa vero simplicem possessionē denotēt: sic inquiēs. Et quia aliquid de his que ad possessionē spectāt locucti sumus: haud ab re fuerit differētiā illam proferre in medium que inter genitiuos primitiui est & possessiui. vt mei tui sui nostri & vestri. Quam tandē pulcherrime priscianus exponit Vox nanq3 est eadē: at vis ipsa longe diuersa: cum genitiui primitiui simplicē significāt possessionē: possessiui vero duplicē vt mei amicus idest meus amicus Sed mei filii amicus duplicē possessionē continet: alteram meam in filio. alteram in amico: quod eo subiecimus ne cum ornatum requirimus verborum vim ignoremus ipsam atq3 in errorē quēpiam incidamus. Sed nunc institutum prosequamur.

hec autor. Verum laurentius valla primo secundi libri elegantiarum capite manifeste ostēdit genitiuos primitiuorum nullo pacto possessiue capi. Cuius eum rationibus tum exemplis inductus Guido iuuenalis textum auctoris hoc ante commētarium prefixo textu commutauit: & laurentii vallensis determinationem breuibus perstrinxit: qua primum differit genitiuos primitiuorum mei tui sui nostri & vestri semper apud autores passiue capi: vt desiderio tui huc veni. Te mei (vt arbitror) cepit tedium quare nominibus possessionem aut proprietatem accidentalem denotantibus (ꝙ hec actiue significēt & possessiue) hi genitiui non iunguntur vt non recte dicimus liber mei aut anima mei. Erant prędictis pronominibus primitiuis & alii genitiui scilicet mis tis sis actiue & possessiue significantes Vnde (vt coniectura deriuationis ducor) poete in datiuo singulari interdum mi dicunt pro mihi. Virgilius. O virgo noua mi facies inopinaue surgit. Ouidius Nec mihi centauri potuere resistere nec mi Archadie vastator aper. Cęterū hec tria mis tis sis ab vsu recesserunt. & nostrum & vestrum (que partitiōnem significant) partitiuis nominibus adiūgi debent: vt quisq̄ nostrum hoc facturus est: nemo vestrum hoc fecit. Genitiuorum autem quōdam actiue significantium locū obtinet pronomina deriuatiua & possessiua meus tuus suus noster & vester semper actiue capta: vt meum desiderium quo aliquid desidero meum tedium quod in alterum habeo. q̄ differenter ergo genitiui primitiuorum & pronomina possessiua eisdem nominibus vel vt dictiones recte vel vt adiectiua iūgantur superiori precepto abunde dictū est: & a laurentio vallenii in pricipio secundi elegantiarū libri diffusus declaratū.

Virgilius
Ouidius

clxxv. In mentem venit.

Hec res michi in mētē venit dicitur: & cum genitiuo hui⁹ rei michi in mētem venit: nec michi curę est an ꝓnotio genitiu⁹ posit⁹ sit Vtrūq; vero non solum poetę sed etiam marcus Cicero vsurpauit.

In mentem venit pro occurrit nominatiuum interdum ante se habet: vt ille dies mihi in mentem venit quo a te discessi. Interdum nominatiuus ille in genitiuum transit vt illius facti mihi in mentē venit. Terentius: cum eius aduēti mihi ī mētē

Terentius

Virgilius venit quid tibi dicturus eram. Virgilius. non venit in mentam quorum consederis aruis: Sic dicimus Cogitanti michi quid adte scripturus essem in mētē venit te de mea valitudine certiorē facere. Non venit mihi in mētē illi salutes dicere. Cum autem genitiuus preponitur sub auditur nominatiuus recordatio. Cicero. huius tēporis venerat in mētē. sub audiēdū est recordatio illius temporis.

c lxxvi. De tēporum cōmutatione

Oratores sicut & poetę persępe presentibus tēporibus vtūtur pro preteritis: nonnunq̄ & pro futuris: verū id quidem multo rarius. Sed contra haud crebro fit nisi forte inq̄ verbum quod futuri temporis est: preteriti loco vel presentis accipiamus. Sed multa que super his dici possūt in aliud quoqꝫ tempus seruamus.

Terentius Virgilius Temporis pro tēpore comutatio plerūqꝫ ab autoribus vsurpatur. Terētius. quod si fit: per eo funditus. i. peribo. Virgili⁹. Et oīs humo fumat neptunia troia: idest fumauit. Et potest hec tēporum cōmutatio sex modis fieri. primo presēs in p̄teritum/secundo presēs in futurum/tertio preteritum in p̄sens/quarto preteritum in futurū/quinto futurum in presens/sexto futurum in preteritum. Quorum omnium exēpla tum expoetis tum ex oratoribus abunde occurrent siquis accuratius eorum scripta lectitauerit.

c lxxvii. Similis datiuo & plenus genitiuo.

Similis & plenus noīa (quorū prius datiuo iūgit posterius etiā ablatiuo) oratores vt plurimū ac fere sēper genitiuo iūgūt: vt similis es tuorū maiorum: dignitatis & officii es plenus: nōnunq̄ vero sed peraro proferunt cū superioribus casibus.

Similis nomen genitiuo iūctū: morū & facto & frequēti⁹ similitudinē significat. Vt hic sui patris & optimi quidē viri est similis Sepe solet similis filius esse patris: Sed datino iunctum similitudinē figure corporalis & mēbrorum potius denotat.

Virgilius. Omnia mercurio similis vultumqȝ coloreqȝ. Idem Os humerosqȝ deo similis. Plenus vero interdum ablatiuo iũgitur: vt liberalitate & begniuolẽtia plenus Frequẽtius tamẽ cũ genitiuo vt hic virtutis est plenus & probitatis. Sic refertus. i. replet⁹ aliquãdo ablatiuũ habet vt refertus laude: aliquãdo genitiuũ vt cum transit in vi nominis. vt Audiui eam vrbẽ scelerassimorum hominum esse refertissimã hic locus doctorum virorum refertus est. Virgilius

c lxxviii. Vt imperatiuis susiũctiua verba iungũtur.

Sępe numero etiã maioris significantie causa vel ornatissime imperatiuis subiũctiua verba iũgunt quod Cicero sepe efficere solebat. quale est illud cura vt vir sis: & alio loco scribens ad filium: effice & labora vt exellas.

Post verbum imperatiui modi ornate ponitur verbum futuri tẽporis optatiui vel presentis cõiunctiui. Siquidẽ quod verbo imperatiuo imperamus aut amonem⁹ vt quis faciat: sequẽte verbo optatiui vel cõiũctiui modi cõmode explicam⁹. Et id quidẽ cõiunctione vt nõnunq̃ interposita. Cicero. Cura vt valeas. effice vt omnes te amẽt & cõmẽdẽt. Interdum eleganter omittitur particula vt Prudẽtius. Fac cum vocante somno: castum petas cubile frontẽ locumqȝ cordis/crucis figura signet. Virgilius. Insani feriant sine littera fluctus. Ouidius Menia fac cõdas boetiaqȝ illa vocato. Sic dicamus fac me ames. Cicero Prudentius Ouidius

c lxxix. Curritur cenatur prandetur

Decurritur spacium/ cęnatur rhombus/ prandet̃ turtur & consimilia pulcherrime dicuntur.

Verba neutra interdũ transeũt in vi vẽborꝫ trãsitiuorꝫ & accusatiuũ habẽt & vocẽ passiuã vt magnũ decurri spaciũ/prãdebim⁹ piscẽ/cenabim⁹ panẽ. Hic passiue dicim⁹ spaciũ decurri t̃/piscis prãdet̃/panis cęnat̃. Et hoc nõ mõ de verbis neutris trãsitiuis q̃ vocẽ passiuã solũ i t̃ciis psõis (nisi p psopopeiã eis & i pria & scdã vtamur) habẽt: id verꝫ ẽ: quietiã de absolutis. vt pr̃ deflet̃ a filiis/frater ame deploratur/hic participia p̃teriti tẽporis plerũqȝ a verbis neutris formata inueniunt̃ vt regnatus/triũphatus/fletus/deploratus/intratus/requetus/vigilatus

Virgilius Virgilius. Acri quondam regnata lycurgo. Idem. Ille triũphata capitolia ad alta chorinto. Ouidius. Visaq; & intrata est alte mihi curia troię. Idem Et deplorata colonis vota iacent. Idem Da requiem requietus ager bene credita seruat. Idẽ. nõ mihi grata dies: noctes vigilantur amarę.

Ouidius

clxxx. Vt transitiua verba absolute proferuntur.

Atq; vt absoluta iterdũ verba obliquis casib⁹ iũguntur ita trãsitiua quoq; nõnũq̃ nõ solum pro grãmaticoꝝ more sed etiã ꝑ oratorũ cõsuetudine absolute ꝓferũtur. ꝓsertim vero siqua sui passio cũ actione ipsa significat qualia illa sunt amo/lugeo/rideo/metuo: que cum transitiua sunt: nunc absolute proferuntur.

ꝗ absoluta vim transitiuorum habentia obliquis iungãtur q̃plurima auctorum exẽpla magnifeste comprobant. Virgili⁹. Formosum pastor choridõ ardebat alexim. i. ardẽter amabat

Virgilius

E diuerso transitiua interdum transeunt in vim & naturã verborum absolutorum & sine obliquo ponuntur: presertim cũ passionẽ actioni coniunctam significant. Ouidius. Et si quid faciam nunc quoq; queris amo. Virgilius Ardet amans dido traxitq; per ossa furorem idest amore capta Ouidi⁹ ridere absolute ponit cum dicit. Risit & o vatum stolidissime falleris inquit. Virgilius autem transitiue cum inquit. Ille dolum ridẽs. Sic cum dicimus lugeo patrẽ transitiue ponitur nam accusatiuum regit inquẽ suus transit actus At cum dicim⁹. Merore cõfectus lugeo: ibi absolute ponitur: cũ no regat oblquũ in quẽ suus transit actus.

Ouidius

Virgilius

c lxxxi. De terminatis in bundus.

Que in bũdus exeunt noia: nõ tã similitudinẽ significãt (quod pleriq; arbitrãtur) q̃ abũdantiam quandã poti⁹ ac vehemẽtiã. vt gloriabũdus nõ tã gloriãti similis: q̃ abũde sese/vehementerq; efferẽs. quã opinionẽ eloquẽtiũ atq; eruditissimorũ hominũq; vbiq; testimoniis cõprobatã tu quoq;

firmiter ãplectere. Nã(vt alios omittã) Aul⁹ Gelliusautor ꝓbatissim⁹ ex sentẽcia quoqꝫ doctissimi apolliaris ĩquit: errabũd⁹ dicit̃ qui lõgo atqꝫ abũdãti errore est: & tu quoqꝫ eisdẽ vtere nominibus.

Vt decimi noctiũ atticarum libri capite decimo quinto testatur Aulus gellius nomina in bundus terminata non significant similitudinem sed potius abundantiam & vehemẽtiam: & exponuntur per participium presens illius verbi a quo descendunt adiuncto hoc aduerbio vehementer aut abundãter. vt sitibundus vehementer sitiens: letabundus vehementi leticia perfusus. furibundus: meditabundus: vehemenrer furens aut meditans. Moribundus iãiam moriens. Virgilius. cui me moribundam diseris hospes. Virgilius

clxxxii. De fretus.

Frętus ta tum incerte originis ablatiuo iunctum pulcherrimum est: & significat fere confisum atqꝫ munitum vt vestra humanitate fretus / vestra sapientia non mea virtute fretus.

Frętus incertę originis est: quia non apte constat a quo formetur. nõ enim a fruor deducitur: cum significatio dictionis frętus a significatione verbi fruor aliena sit. Est enim frętus cõfisus & fiduciam habens quare non tam participium q̃ nomen censendum est q̃uis vocem / regimen & significationem participii habeat. Ablatiuum sine prepositione reqrit. vt tuo fretus presidio non meis viribus hoc faciam. Terentius in andria Dauum optime video cuius consilio fretus sum.

clxxxiii. Certiorem facere.

Certiorem facere vsitate atqꝫ frequenter in epistolis vsurpatur. Nam facio te de hac re certiorẽ: id est tibi significo hanc rem. & sepissime velim me de tua valitudine facias certiorem.

Certiorem facere vel reddere vel efficere est significare: & iũgitur genitiuo recto a cõparatiuo vt me tuarũ rerũ certiorẽ facias velim: vel ablatiuo cũ prępositione de: vt me de tuis rebus certiorem facias quod inepte dicunt facias mihi scire. In

voce passiua cōparatiuus accusatiuus in noīatiuū mutatur: vt de tuis successibus factus sum certior. Cicero ad lentulū. Legi tuas litteras quibus ad me scribis gratū esse ꝙ crebro certior per me fias de oībus rebus. Nec in oratione soluta dicendū ē facere certū q̄uis poete gr̄a carminis interdū sic dixerit. Virgilius ī tertio eneidos. Anchisen facio certū/ rēq3 ordīe pādo.

lxxxiiii. De habeo.

Habeo varia constructione figuratū plurimū ornatus habet: vt bene hec res se habet: & ita bene habeo me: & cum participiis vt bene me habēs redeo rure. & contrarium aduerbiū similiter ei verbo iungitur quod est malē.

Habeō verbū habēs noiatiuū ante se pro supposito & accusatiuū post se eiusdē persone/ & ad idē pertinentē: significat aliqua esse valitudine vel bona vel mala pro qualitate aduerbii adiūcti vt bene me habeo. Tu male te habes. Res bene se habet. i. bene succedit Cū aūt noiatiuus ante verbū rectus: & accusatiu[9] post verbū ad diuersa spectāt: significat leticiam aut tristitiā afferre: vt tua felicitas bn̄ me habet. i. delectat me. Tua aduersitas male me habet. i. vexat & torquet me. Terentius. Terentius Preter spē euenit scio: hoc male habet virū. i. affligit. Alia huiusce verbi significata (nā plura supsūt) huic loco imptinentia consulto relinquimus: ex aliis locis perquirenda diligentius.

clxxxv. De participiis futuri tēporis.

Participia sepenumero futuri temporis ornatissime vsurpantur. vt scripturus sum ad scipionē litteras: quod ē fere debeo scribere. Et aliud: tu ad edes cras iturus es: quasi ire debes. Cicero ē athenas profecturus. i. debet athenas proficisci. Plautus ī cyprum traiecturus est: fere est nauigare debet incyprum. Quod idcirco ita exposuimus quoniam quis proprie nauigare. i. trāsmittere: & soluere de eo loco dicitur: vnde proficiscitur. Is demū traiicere dicitur: qui rate vehitur ad eum locū quo proficiscitur: vt Cicero soluit athenis & ina

siam traiecit. Verũ ad propositum redeundũ est Illa igitur participia que a verbis manant passiuis: & passiue quoqꝫ exponi debent. vt cuius irsons animus est: multandus non est. i. multari & puniri non debet. Sontes accusandi sunt. i. accusari debent. Vir flagiciosus est trudendus in carcerem id est coniiciendus in vincula: & alia reliqua exponantur vt supradiximus. Nec tamen negauerim quin eorundem participiorum alia quoqꝫ ratio sit: sed ea nos modo prosequimur impresentiarum: que venustius eloquium reddant.

Participia futuri tẽporis ĩ rus terminata duobus modis exponũtur. Prĩo per futurum tẽpus indicatiui vt spero iohannem venturũ esse. i. ꝙ veniet. Audiui patrẽ hic propediẽ affuturũ. & elegantius participio in rus decoratur orõ q̃ futuro indicatiui: vt tabellarius cras profecturus est. i. proficiscetur. Secũdo exponũtur per verbum debeo & infinitiuũ sui verbi. Ouidius. Per quod sępe ieras per quod iturus eras. i. ire habebas. Erã arduũ quiddã (nescio quid) facturus. i. facere debebã Sum tibi aliqua dicturus. i. debeo dicere. Participia aũt ĩ dus trifariã exponi possũt. primo per futurũ indicatiui passiue vocis vt hoc negociũ abs te agendũ esse intellexi. i. ꝙ agetur. Secundo per verbũ debeo & infinitiuũ vocis passiue. Quintilianus. nõ sit preceptor eorũ que emẽdanda erũt dissimulator. i. que emẽdari debent. Ingœniũ assiduo studio excolendũ est. i. excoli debet. Tertio per nomẽ dignus & infinitiuũ passiue vocis vt qui virtutem amplectitur laudandus. i. dignus laudari. Qui honestam ducit vitã: merito ingẽti laude efferẽdus ẽ. Soluere est retinacula nauẽ ĩ portu alligãtia dissoluere quod faciũt naute petituri mare & ergo de loco dicitur a quo quis recedit. Ouidi⁹. Aura dabit zephiros tu modo solue ratẽ. Traiicere vero est mare aut fluuiũ pernauigãdo: nauẽ ad aliquẽ locum ducere & dicitur de loco ad quem quis nauigare statuit: illũqꝫ in accusatiuo prepositiõe in adiũcta petit vt hic soluit thoma & in galliam traiecit. Transmittere est nauem per fluuium ducere. Virgilius. Stabãt orantes primi trãsmittere cursum. Sons / nocens / flagiciosus. insons innocens / innoxius.

Ouidius

Quintilian⁹

Ouidius

Virgiliu

Multare abiecta c est capitis supplicio vel pecunia punire: vt hic multatus est graui pecunia. Inde mlta e & alicuius criminis in pecunia vel corpore punitio. vt hic multa capitis dānatus est: ille vero multa pecunaria crimen diluit.

clxxxvi. De repeto.

Quid repeto? nōne ꝑpulchre ponitur siqd ei accesserit neq; datiuus solus casus sed etiā ablatiu⁹: vt repeto hāc rē memoria: quod nō teneo memoria significat (vt ꝑmulti extimāt) sed poti⁹ memoria voluto & reminiscor / & quasi obliuioni datū rursum inuestigo memoria. hoc nos vti verbo ornatissime poterimus quoniā eodē & veteres eloquentissimi frequēter vsi sunt: huic illud de oratore Ciceronis libro. Cogitāti mihi ac memoria

Cicero repetēti. Et africanus a neuio accusatus tribuno plebis ꝙ ab antiocho pecuniā accepisset: cōmodissime eo verbo vsus: memoria (īquit) quirites repeto hūc diē hodiernū esse quo hannibalē pœnū inimicissimū huic imperio vici in africa: & ꝑpetuā pacem vobis ac victoriā peperi inseparabilē. Verū captus ingēti voluptate longius in africā verbis referēdis progressus sum. Quāobrem ad vestrum institutum referat se oratio.

Repeto preter duas notas significatiōes? qb⁹ significat āt redire. Virgilius. Ipse vrbē repeto & cīgor fulgētib⁹ armis: āt

Virgilius reposcere vt iohānes repetit a me depositū) isti abl'o memoria iunctū significat qđ aīo exciderat rursū ī memoriā reducere: & iterū post obliuionē meminisse. vt id sepi⁹ mecū cogitaui: verū memoria repetere nō possū. quo ī loco librū meū posuerim: memoria repetere nequeo. Memoria repeto hunc diē hodiernū esse quo hāc vrbē primū accessi. Hānibal carthaginēsiū dux romanis in festissim⁹ supatis alpibus italiā occupauit

Hannibal Romanoꝝ exercitū cū sepi⁹ tū apud trebiā & lacū trasuemenū & cānas maxīa clade ꝓfligauit: & xvi. ānis eā insidēs igni

ferroq; vastauit. Verũ a scipione africano romanorũ duce(q vt hostē italia excedere cogeret paria faciēs africā inuasit) in africā redire coactus est: & cũ eo cōserto prelio victus ad Antiochũ macedonię regē confugit: eũq; ad inferendũ romanis bellũ suo cōsilio induxit. Quē etiā sua animi magnitudine & virtute scipio africanus deuicit: & ad pacē cũ romanis cōponendũ coegit. Cęterũ inuidia simulati aliqui(solet eñ gloria inuidiā parere)criminati sunt scipionē accepisse pecuniā ab antiocho tanq̃ pactũ precium belli deponēdi. Illiusq; criminis Neuius tribunus plebis eũ insimulauit Scipio cōuocato populo dixit eum diē ānua reuolutione adesse quo hannibalem atrocissimũ rhomanoꝝ hostē deuicerat: & ergo nō imperatoris tam bene de republica meriti accusatione dedecorādum: quinpotius votis & sacrificiis pro tāto reipublicę bono quotānis celebrandum. hinc in capitoliũ comitāte populo processit/ & hostias cędens sacra fecit. Postea inuidię cedens sponte exilium subiit: vt narrat Valerius capite de ingratitudine.

clxxxvii. Pro mori: diē obiire oppetere & similia: p viuere aũt: vitā agere: degere etatem & similia ornate dicimus

Optimũ factu fuerit ne eisdem aut modis orōnis aut verbis vtamur: & (quod initio diximus) varia plurimũ probat orō & si veluti quibusdā flosculis aspgitur vt pro mori: diē obire/mortē oppetere/aiam expirare/vita decedere/aiam efflare vita defũgi/rebus hũanis excedere/ex vita migrare/res deserere hũanas/exire de vita/mortē obire/ mortem oppetere/aiam expirare / extremũ claudere diem/interire/occidere consimiliaq; Et iterũ pro viuere/vitam agere/degere etatem.

Aliquē mori tribus presertim diuersis rationibus explicari potest. Primo per verba absoluta nullũ post se casũ habētia. vt hic obiit/oppetiit/interiit/occidit/ occubuit. Virgilius. O terq; quaterq; beati quis ante ora patrũ troie sub menibus altis contigit oppetere. Idē. Mene iliacis occũbere cāpis nō potuisse? Idē. Nec adhuc crudelis occubat vmbris. Sic dicimus. satius ē emori q̃ turpe quicq̃ admittere. Secũdo per verba cũ neutralia tũ actiua accusatiuũ post se habētia vt obire mortē. Virgilius

Terentius Terẽtius Is obiit mortẽ. Obire diẽ/oppetere mortẽ/ expirare eflare/exhalare aĩam vitã spiritũ. Virgilius. Vt regẽ/equeuum crudeli funere vidi vitã exhalãtẽ. Finire vitã/vitã cũ morte cõmutare/res hũanas deserere/extremũ claudere diẽ i extremã noctẽ(vt ait virgilius)sua lumina claudere/effũdere/ emittere aĩam vitã spiritũ Virgilius. Tuaqȝ aĩam hanc effũdere dextra. Cicero ad lẽtulũ. Si vitã pro tua dignitate profũdã:nullã partẽ videar meritoꝝ tuoꝝ assecutus/ Vltima trahere/ & fundere suspiria & c. Tercia per verba cũ ablatiuo posita nũc adiũcta nũc omissa prepositione vt vite mortalis mũere fungi/vita defungi. Virgilius defunctaqȝ corpora vita/reb⁹ hũanis excedere/e vita decedere/e vita migrare/exire de vita/ excedere vita/corpore solui/fato eripi/reb⁹ hũanis sustolli aut substrahi. Viuere aũt elegãter dicim⁹/viuere vitã:beatã/miserã tranquillã/felicẽ infelicẽ:viuere dies felices faustos infaustos. Ducere vitã. Virgilius Me si celicole voluissent ducere vitã. Idẽ Vitãqȝ extrema per oĩa duco. Agere vitã. Terẽtius. Primum hec pudice/duriter: & parce vitã agebat. Degere vitã. Virgilius. Nõ licuit thalami exptẽ sine crimĩe vitã degere more fere Vita potiri:Aura vesci ętherea. Virgilius. Quid puer ascanius supat ne & vescitur aura Carpere auras vitales. Virgili⁹. Quisquis es(haud credo inuisus celestib⁹)auras vitales carpis. Spirare vitam & consimilia.

Virgilius

Virgilius

Cicero

Virgilius

Virgilius

clxxxviii. Vt ludo ludũ sic & viuo vitã dicim⁹ & cõsimilia.

Et(ne sigillatĩ cũcta cõplectar)ilḋ hoc loco aĩaduertendũ sit: ꝙ sicut sępe dicimus ludo ludũ/ pugno pugnã/seruio seruitutẽ/doleo dolorẽ:ita iuterdũ viuo vitã:viuo miserã seu felicẽ vitã. vt si quis dixerit. q expeditã fuerit virtutẽ cõsecuti hĩ viuẽt beatã & ĩmortalẽ vitã: & q prętclarũ certamẽ certauerit amplissimis donabiť mũeribus. Et quod de variis dicimus orõnis modis:idipsũ de sigľis ptibus intelligẽdũ sit. vt ꝑ oro rogo/precor/obsecro. ꝑ quasi:pene/ferme. reliqua tuipse coniecta.

Verba fere oĩa quãquã neutralia sunt possunt regere accusatiuũ conformis significatiõis:ab ipsis quidẽ verbis formatione deductũ vt Boetius. hũc cõtinuũ ludũ ludimus. Idẽ ma-

Boetius

gnū profecto certamē certauim⁹. hic acerrimā pugnā pugnauit q potuit duros animi cōponere mot⁹. Ille grauē seruit seruitutē: qui aīm viciis seruū habet. Nec accusatiuus ille ad necessitatē ponitur vel ad completiorē aut perfectiorē sententiam sed solū ad ornatū. Nā viuo vitā idē est q viuo: ludo ludū id est ludo. Et sicut diuerse orationes: ita synonime quoq; dictiones ad varietatē & proinde ad venustatē cōducunt vt pro narro: refero. memoro: recito. pro delibero: statuo: īstituo. cōstituo: intēdo: propono: decerno. pro statim: protin⁹: illico exemplo: euestigio: confestim: continuo: pro postq̄: posteaq̄: vt: vbi: simulac: simulat q;: simul vt & c.

clxxxix. Id genus

Id genus pro eius generis (quod fere sile nomen exprimit) pulchre & vsitate dicitur. vt multa sūt id genus monstra: de multis id genus rebus locutus est. quod est similibus & ita in aliis.

Id genus in nominatiuo casu omnibus casibus & generib⁹ in vtrolibet numero adiungi potest. & significat fere idem / q huiusmodi vel similis. vt rari sūt id genus homines: multa id genus exempla passim occurrent: Oues / capras / boues / equos & cętera id genus animalia pecora vocamus. Possumus etiā ipsā pticulā id genus & ornate q dē ī genitiuū ei⁹ generis trāsferre: vt mlta sūt eius generis aīalia. Cicero ad lentulū. Nō ei⁹ generis meę litterę sūt: vt eas audeā temere cōmittere.

cxc. Et sententia.

Ex sentēcia quasi scđm volūtatē: & pspere: vt gestares ē ex sentēcia quod ē put optabamus: & tibi id euenit ex sententia Et mltis ī locis cōsiliter.

Ex sentēcia significat ex voto / ad votū: secundū desideriū nostrū. Nā ex interdū id quod prępositio secundū significat. & sentēcia voluntatē animiq; arbitriū. Vt si tuū amorē consecutus fuero: oīa mihi ex sentencia succedent. Cicero ad lentulum. Illud tibi affirmo si rem istam ex sentēcia gesseris fore. Cicero
Nonnūq̄ interponitur genitiuus animi. Vt amicū mihi nact⁹ sum ex animi sentēcia. i. vt anim⁹ optat. Pręterea sentēcia ppositū significat. Terēti⁹ ne is suā mutet sētēciā. Sic dicim⁹. Terentius

Ab hac animi sententia nūq̄ discedā. Deniq; sententia iudiciū vel opinionē significat: inde rogare sententiā est alicuius iudicium super aliqua re petere. Dicere sentenciā est quid sentiat animus verbis aperire. Ferre sentēciā est consultatione facta rem iudicare. vt iudex hanc tulit sentenciam. i. iudicium.

cxci. Inferre.

Inferre iniuriā quasi iniuriā facere: manus inferre alicui est aliquē pulsare. Impetū in quēpiā facere ē quēpiā cū ipetu & q̄si vi adoriri & irruere.

Inferre preter notam significationē (qua intra aliquem locū portare significat. Virgili9. Inferretq; deos latio) significat cōtra ferre siue ingerere & in malā partē accipitur vt hic mihi iuriā & dānū intulit. Oīm sceleratissimus est qui scelestas manus in parentes inferre nō erubescit. Et petiuit post se datiuū cum accusatiuo vel loco datiui accusatiuū cū prepositione in vt intulisti mihi vel ī me vim. Facere impetū est inuadere quēpiā & ei insultare. Adoriri verbū deponēs clā & subito aliquē īuadere significat. Terēti9. hic si me ī veris nuptiis adorat9 eēt

Virgilius

cxcii. Dare veniam.

Dare veniā pulcherrimū ē ignoscere & licētiam cōcedere Ab initio etatis habui te amicū / amicitia mihi tecū ē a teneris annis / a puulo / a primis etatis tēporib9 / a teneris (vt greci dicūt) vnguiculis / ab incunabulis iqsis & huiusmodi Iuuenalis etas pulcherrime adolescentiam significat.

Hoc preceptū duo complectitur. Primū. dare veniā ē parcere & cōmisso crimini clemēter ignoscere. Deus dat veniam deliquētibus: Etiā dare veniā est cōcedere libertatē alicui9 rei agende vt Iohannes dedit mihi veniā abeundi Venia enim interdum est perpetrati criminis remissio: interdū vero libertas & permissio vt venia tua dixerim quod dicūt saluo honore vel salua pace vel salua gratia. Secundū huius precepti documētum est quod multis modis possumus explicare hāc orationē a principio iuuētutis vel etatis. hic ab etatis initio litteris operā dedit: a teneris annis litterarum studio vocauit. Terentius Ego postq̄ te emi a puulo. i. ab ineūte etate vel a tenellis ānis

Terentius

Cicero. Presta te eũ qui a teneris (vt greci aiũt) vnguiculis mihi cogit⁹ es. Idẽ ad lentulũ. Te vero admoneo vt omnẽ gloriam ad quã apuericia iflãmat⁹ fuisti: oĩ cura atq; industria consequare. Idẽ ad eũdẽ Refero me ad mãsuetiores musas que me maxĩe sicut iã a pría adolescẽtia delectarũt. Sic dicit quĩtilian⁹. Natura tenacissimi sum⁹ eoꝝ que rudib⁹ ãnis percepim⁹ Qui a teneris ãnis virtutẽ coluerit ꝑfecto spectatissim⁹ ẽ. Iuuenilis aũt adiectiuũ a noĩe iuuenis deductũ: istis nomĩb⁹ ann⁹, etas euũ adiũctũ significat adolescẽtiã. i. eã etatẽ qua hoĩes pueritiã trãgressi ad adultam etatem procedunt. vt iuuenilibus annis virtus colenda est. Cicero. Quintilian⁹

cxciii. Ferire fedus.

Ferire fed⁹ optime atq; ex optimis causis exfeci aliũ cõsuetudĩe significat fed⁹ cõponere. vt ꝑepe ictũ seu ꝑcussum fedus est cõstitutũ & cõpositũ.

Ferire fœd⁹ est bello posito pacẽ ĩire: illãq; inuicẽ pacto firmare. Et idẽ significat cõponere fœdus & cõstituere fœdus. Idẽ quoq; est inire fœd⁹ icere fœdus seu percutere fœdus: qui post rem⁹ loquẽdi mod⁹ ex ritu fecialiũ originẽ traxit. Erant enĩ fœciales legati romani ad res populationib⁹ vel bello ablatas repetẽdas missi: qui (nõ reddebant ablata) bellum his qui abstulerãt vt hostib⁹ ĩdixerũt. Si vero reddebãt inierũt pacem cũ hostib⁹ pro qua firmãda ꝑter cęteros rit⁹/porca silice feriebat in frõtẽ: adiectis ꝑcib⁹ vt Iupiter optim⁹ maxim⁹ ita (qui imo tãto graui⁹ quãto diuina virt⁹ humanę prestat feriret eũ: qui prim⁹ cõpositũ fœd⁹ violatur⁹ esset: hinc fœd⁹ dictũ ẽ ꝙ ibi porca (vt sentiũt nõnulli) fœde mactabat Per ꝑticipia ergo dicim⁹ fœd⁹ ictũ/pactũ/initũ/firmatũ/cõstitutũ/cõpositum/percussum Cõtra temerare/violare/frãgere/rũpere/corrũpere/cõfũdere fœd⁹ dicim⁹: initũ cõcordię pactũ facere irritum. Feciales

cxciiii. Est mihi nomen scipioni.

Est mihi nomẽ scipiõi. Sipiõi cognomẽ africano fuit: cui pago troiano nomẽ ẽ: & sic de reliqs datiuo casu ꝑsitate ac pulcherrĩe dicit. Que eadẽ & aliis quoq; modis dicũt: sed frequẽci⁹ modos supiores apud eloqntissĩos & doctissĩos viros ĩueies.

Nomē alicuius variis modis explicam⁹. Primo verbo vocatiuo vt hic vocat̃ Cicero. Virgili⁹. Est locus: hesperiam graii cognomine dicūt. Secundo isto ablatiuo noīe vel cognomine adiūcto noī ꝓprio cuiuscūqꝫ cas⁹ vt īpator noīe Iuli⁹ nō min⁹ lr̃aꝝ q̄ belli studios⁹ fuit. Pōpei⁹ cognoīe magn⁹ / vel cognomēto magn⁹ egregi⁹ fuit. Tertio p ꝟbū substātim & noīe propriū in nomīatiuo. vt est mihi nomē iohānes. Quarto per verbum substātiuum & nomē propriū ī gt̃ō vt est mihi nomē iohānis. Quinto per verbū substātiuū & nomē propriū in dt̃ō vt est mihi nomē iohāni & hic postrem⁹ ellegantissimus est. Virgilius. At puer ascani⁹ cui nūc cognomē iulo. Preterea (vt ex autorib⁹ depħedere licet) recte dicimus habeo nomē iohānes. Ouidius. Lactea nomē habet cādore notabilis ipso. Item habeo nomē iohānis. Virgili⁹. Eternūqꝫ locus palinuri nomē habebit. Deniqꝫ habeo nomē iohānem. Virgilius. Eneadasqꝫ meo nomē de noīe fingo. Et si qui similes inueniantur.

Virgilius (manuscript marginal note)

Ouidius
Virgilius

cxcv. Aiunt / dicunt / fertur

Cū tritū verbū volum⁹ ostēdere & quod ī ore populo est: vtimur vel ipersonali fertur / vel ꝑsonali verbo aiūt & nōnunq̄ dicit̃: & eis singulis vt ꝓponimus & raro ita sed interdū quod: exēpla huius modi sunt. Nō sirenas (vt aiūt) surda debemus aure trāsire. Et itē: nā ita fert̃ vt nusq̄ tuta sit fides. Item haud turpe est tumultuanti (vt dicitur) de gradu deiici.

Cum aliquod prouerbiū explicandum occurrit: illi venuste per parēthesim iterponunt̃ he orationes: vt fertur: vt dicitur: vt aiūt: vt dicūt: vt memorant: vt peribēt & similes: quib⁹ hoc dictū vulgatū esse frequēter vsurpatū significem⁹. vt stateram (vt aiūt) trāsilire nō licet: hoc est mediū in omnib⁹ reb⁹ tenendū est. Bos lassus (vt dicitur) forti⁹ figit pedē. i. assuetudīe longa tritus & frequēti exercitatione defectus si prouocet̃: acri⁹ instat & vrget: Nō est ouis (vt aiūt) lupo cōmittenda: & similia passim iuenient̃. Sirenes tres nymphe fuerūt filie Acheloi in mari siculo: que sue vocis dulcedine captos nautas: & proinde ad nauis gubernationē incautos pōtho demergebant. Vlixes

aūt a Circe admonit⁹ & suas & socio℞ aures cera obturauit: & sic illesus trāsiuit. Ob quod ille indignate in mare se ꝑcipites dederūt. Sed hac velata fabula nihil aliud diuina poesis admonet q̄ voluptates (q̄s sirenū noīe denotāt) aprudētissīo quoq₃ more vlixis surda aure pretereūdas esse: nec illa℞ illecebris capiēdos fortiū viro℞ aīos. alioqui blādimētis suis captū aīm infacin⁹ omne & horrēdū vicio℞ pelagus ille precipitarent. Ipse vero victe victor nō ampli⁹ infestabūt: sed cōparāde felicitatis comoditatē & viā sua fuga prestabūt. Mātuan⁹. Fœlix igit̄ cui vita voluptas terga dedit. lōgi quē nō fregere labores Tertium prouerbiū quod pro exēplo ponit autor innuit eum qui turbā excitat & dissensionis autor est: nō immerito in ipsa turbatione cadere: & sua ipsius tumutuatione quam suscitauit primum prosterni & deprimi. Mantua n⁹

cxcvi. Mediam super noctem

Nōnūq̄ ita dicim⁹ noctē sup mediā vigilam⁹: qđ ē vltra mediā noctē vigilam⁹: idq₃ & seruius ipse testat̄ & quorundam veterum cō ꝓbat autoritas.

Super aliquādo significat vltra & accusatiuū petit significātē tempus: vt mediā super noctē vigilaui. Mediā super noctem te expectaui. hic mediū super diē dormire solet. i. vltra. Non min⁹ elegāter capitur eadē prepositio ablatiuo iūcta pro de: vt super hac re nunc verba facimus: super tuo negotio multa verba habita sunt.

cxcvii. Tendo.

Contra sermonē tuum tēdo. i. respondeo tibi: sicut & tendo contra iter: id est tibi occurro. Sed hec haud in frequēti vsu oratorum inuenies.

Tendere cōtra sermonē est respōdere. Virgilius in nono eneidos. Nil tēdere cōtra sed celerare fugā. Sic tēdere cōtraiter est obuiare. vt cū rus proficiscerer: Iohānes cōtraiter meū tendebat. Tendere iter vero omissa prepositione est ire. Virgilius. Quā super haud vlle poterāt īpune volucres tēdere iter pēnie Interdū omisso illo accusatiuo iter tēdere per se positū est ire. Virgilius. Quisquis es armat⁹ qui nostra ad limina tēdis. Tendere gressū etiā est ire. Virgilius. Talibus incusat: gressumq₃ ad menia tendit. Preterea tendere est extendere. Terentius. in Virgilius Virgilius Terentius

Phormione. Non rethe accipitri tenditur neq; miluo qui male faciunt nobis: illis. q̄ nihil faciūt tēdit. Deniq; est castra ponere. Inde tentorium.

cxcviii. Macte.

Macte magis aucte / & est gl'ę & laudis sermo: & plerunq; ablatiuo iungitur. vt macte virtute esto. Idq; & poetę vsurpant & scriptores historiarum & demū oratores ipsi: qui sermo vt multi eruditissimi tradunt a sacris deductus est.

Virgilius

A verbo macto as are (quod est hostias in sacrifitium cedere Virgilius. Taurū ingentem mactabat ad aras) venit macte vocati⁹ singularis. i. magis aucte & exaltate. Cęteris enim casibus caret quos in vsu antiquorum quōdam fuisse. Noni⁹ marcellus tradit: Et construitur cum ablatiuo sine prepositione. Virgilius. Macte noua virtute puer sicitur ad astra. Interdum adiungitur ei verbum substantiuū imperatiui modi vt macte virtute esto. i. sis magis virtute exaltat⁹. Dicitur & pluraliter macti etiam cum ablatiuo sine p̄positione & cū verbo substātiuo. Quint⁹ curtius libro quarto. Vos quidem macti virtute estote inquit: qui primi intellexistis quanto satius est fastidire regnum q̄ accipere.

Quintus curtius

cxcix. Ad explicādū locū siue genus: gentile nomē ac patrium effingimus.

Quotiens alicuius explicaturi sumus siue genus siue locū: gentile ac patriū nomē effigim⁹: quod q̄ secus effecerit fortasse latine locutus sit / sed illepide pœnitus atq; īdecore. vt qui fuerit a ciracusis oriūdus nō de siracusis dicendū sed siracusanus: nō de athenis sed atheniensis & sic de aliis. At q; in generibus ac familiis nos non de cum ablatiuo vtimur vt multi: sed īde nomē efficimus vt nō de scauris sed scaur⁹. nō qdē de gracchis sed gracch⁹ ñ de catulis sed catul⁹. ñ de datis sed dat⁹. quā

quidem ad rem id merito afferendum sit quod plini9 ipse aiebat ꝙ deriuationes nō habent firmas regulas: sed exeunt teminanturqꝫ vt ipsis autoribus placet. Sic a thauro: thaurum/ thaureū & thaurinum dicimus. & quos nos romanos dicim9 dicunt grȩci romeos: quos nos carthaginenses: illi carthidoneos vocant. Sed in ensis/us/ atqꝫ as si ad loca pertinēt frequentiores terminationessūt vt albauensis veronensis/eleusinus/tarentinus lacedemonius siracusanus/arpinas. Alii quoqꝫ sunt eorundem nominū exitus: sed hi frequentiore vsu celebrantur/quodidem & in quibusdā aliis fit que neqꝫ a generis noibus fluxere/neqꝫ loci vlli9 vt Terentianus chremes. platonicus giges socraticus gorgias que oīa a propriis profecta sūt/atqꝫ originē traxere Sed que alia hac de re dici possūt tuipse cogitatione complectere.

Hoc preceptum habet tres partes. Prima locum aliquem elegantius adiectiuo a nomine loci formato (quod patriū vocatur) significamus q̃ substantiuo ablatiui casus cum prepositione de sum pto. vt Virgilius est mātuan9 nō de mantua/ Romanus non de Roma/patauinus non de patauio/tarentinus non de tarento. Ȩterum opere precium est cognoscere quo pacto a substantiuis locoꝝ adiectiua formanda sint: & id ne certa q dem regula sed duntaxat autoꝝ vsu cognocendum est Varia autem est ipsorum deriuatiuorum terminatio. Hec enim in as terminantur vt archas/in es vt perses in is vt athemensis: in os vt tros: in us vt dardanus: in acus vt iliacus in alus vt tessalus: in anus vt roman9: in arus vt barbarus: in enus vt abiden9: in eus vt mycheneus: in cus vt grecus: in dus vt medus in dus: in icus vt italicus: in ius vt lacedemonius: in inus penultima longa vt florentinus: in ous vt cous: in sus vt cressus threissus: in an vt acarnā: in ax vt trax: in ix vt phrix: in ox vt capadox Et sic de aliis facile apud autores inueniēdis terminationib9

dicēdum est. Secuuda pars est. Ad exemplicandam alicuius familiam nō ablatiuo cū ꝑpōe de sed noīe gētili vtē dum est. Est eni gentile nomē adiectiuū a noīe ꝓprio familie deducti vt iste est fabi⁹ nō de fabiis & c. Tertia ps est a noib⁹ propriis viroꝝ & ꝑsertim auctoꝝ cuiuspiam rei eleganter formant̄ adiectiua possessiua significātia aliqd primitiui: & quo elegātior q̄ primitiuo refulget oratio. vt miles darian⁹: pōpeian⁹ cesarian⁹: marian⁹: alexādrin⁹. i. miles darii pōpeii cesaris: marii alexādri. xerxiana acies. i. xerxis Sic Terētian⁹ chremes. i. q inducitur a terētio in comediarū fabulis. Platonic⁹. Giges. i. cuius plato meminit Socratic⁹ gorgias de quo socrates disserit Sic Virgilian⁹ eneas de quo virgili⁹ loqt̄ in libris eneidū.

cc. Conor.

Conor hāc rē optīe ac puenuste dicim⁹: ꝑserti si difficilior sit & ardua. Quo pacto Cicero sepe vtebat̄ vt de pfecto oratore. Magnum opus & arduum brute conamur.

Virgilius

Conari interdū laborare significat & viribus eniti: habetq́ꝫ post se infinitiuū. vt Virgili⁹. Ter modo conat⁹ lētū cōuellere vimē. Scdō est rē difficilē & arduā aggredi & tūc requirit actm sine ꝑpositione vt rē arduā conaris. Difficilē conaris prouinciā Nōnunq̄ ꝑpositio adinteruenit vt ad optima conari debēt q igenuo sūt aīo. Inde noīa conomē & conat⁹. i. satagētis ai diligētia. vt sūmo conamie litteris vacandū est. Det tibi deus vires conatibus equas. i. proposito quod agere cognaris

cc i. Studeo.

Et studeo siquid studiosius effecturi sumus etiam accusatiuo pulcherrime iungitur.

Studere cū operā dare significat aliqn̄ datiuū habet vt hic studet virtuti acquirē le: aliqū accusatiuū vt studet artē eloquētie Inde studiū: ai ad aliquid agēdū diligētia. vt nihil vita illa honesti⁹ est que studio litteratio operā impēdit. Ouidi⁹ Quid iuuat iucinctę studiū exercere diane. inde studiosus diligēs sedulus vt hic litteraꝝ studiosissim⁹ est. secūdo siguificat faueo & tūc solū datiuū habet. Ouidi⁹. Cui studeat de⁹ oīs habet. Cui studet ipe de⁹ nemo nocere pōt. Deniq́ꝫ laborare & eniti significat & infinitiuo iūgit̄. Terēti⁹. Dū studeo obseq tbi: pene illusi vitā filie. Oib⁹ iussis tuis morē gerere studebo.

Ouidius

Terentius

cc ii. Desidero

Desidero verbũ pulcherrie positũ est: nã cũ desideriũ sit abscẽtiũ rerũ persepe dicimus. desidero amorem tuum: quasi tu nõ me ames. Desidero tuam prudentiã quasi sis incipiens & item de aliis.

Desiderare est rẽ quã nõ habem⁹ & quã asseq speram⁹ affectare vt desidero aduẽtũ tuũ cũ sc₃ nõdũ adueneris. Desidero salutẽ tuã cũ nõ es bona valitudine quã tibi opto & eẽ cupio. Desiderium aũt est rei quã nõ habem⁹ cõsequẽdę cupiditas: vt capt⁹ sum ingẽti desiderio te vidẽdi. Teneor magnope desiderio tui. Res ergo hic absẽs ditur nõ secũdũ locum sed habitudinem: quam scilicet non habemus vt sanitas abest ęgroto.

cc iii. Complecto.

Cõplector pdiffusũ ẽ atq₃ ornatũ verbũ pserti vero aliqb⁹ abiectis hac ratione: vt te amore atq₃ beiuolẽtia cõplector pte amo. cogitatiõe cõplector qđ ẽ cogito & .i. aĩ facltate sic cõsequor ẽ rei ipi⁹.

Complecti preter significasionẽ vulgatã qua ãplecti significat vt iohãnes vt primũ me vidit mediũ cõplex⁹ est: & qua cõtinere significat: suoq₃ ãbitu alterũ cõcludere. Virgili⁹. que patris anchise gremio cõplectit̃ ossa: ablatiuis quibusdã iũctũ ornatã reddit orationẽ que explicãda est per verbũ a quo talis ablatiu⁹ descẽdit vel per aliquod verbũ synonimũ vt ego te singulari amore cõplector .i. amo. Dolorẽ meũ litteris cõplecti nõ possum .i. scribere. Quĩt⁹ curti⁹ libro quarto Quis ludibria fortune/ducũ agminũq₃ cędẽ multiplicẽ deuictorũ fugã. cladẽ nũc singulo℞ nũc vniuerso℞ aut aĩo assequi queat aut oratione cõplecti? Tuas virtutes cogitatiõe cõplecti nõ satis posse. sic numero cõplecti .i. cõprehẽdere. Complecti verbis/scriptis idest explicare vel exprimere. De hoc latius vide pręcepto tercio, & tricesimo. Quintus curtius

cc iiii. De gerundiis.

Illud ignorãdũ non ẽ ꝙ gerũdiuus modus ab oĩ verbo similiter pcreat̃: si qñ nobis foret eo opus vt cãtãdo rũpit̃ anguis .i. dũ cãtat̃ vt ait seruus Et alio in loco actiue dictũ ẽ. Cãtãdo in illũ .i. dũ canis. Id efficere atq₃ vsurpare oratores queunt.

Gerundia a cuiuslibet significationis & generis verbis oriũtur: suorumq; verborum significationem seruant. vt si ab actiuo actiuam a passiuo passiuam. Quo fit vt cum eadem sit vox gerundiorum actiuorum & passiuorum: eadem voce diuersã significationem habent. sed quam explicatio gerundii & constructio satis aperte differentem magnifestant. Namque actiue significant gerundia per verbum actiuum resoluunt̃ & illi⁹ constructionem seruant vt colendo agrum copiosam messem percipiunt coloni idest cum colunt agrum. Quę autem passiue significant resoluuntur per verbum passiuum Quintilian⁹ libro vndecimo. Omnis dicip[l]ina memoria constat. frustraq; docemur: si quicquid audimus preterfluat. Memoria excollẽdo sicut alia omnia augetur. Illa quoq; aĩalia quę carere intellectu uidemus meminerũt & cognoscunt & q̃libet longo itinere diducta ad assuetas sibi sedes reuertunt̃. Nõ est in vtile quo facilius hereãt aliquas apponere notas: quarũ recordatio commoueat & quasi exitet: memoriam. Siquis tamen vnam maximamq; a me artem memorię quęrat: exercitatio est & labor multa ediscere: multa cogitare & si fieri potest cotidie potissimum est. Nihil ęque vel augetur cura vel neligẽtia intercidit. Hec ille. Vbi excolendo passiue capitur idest dum excolitur. Et ita de aliis gerundiis.

Quĩtilian⁹

cc v. De quarto pretor & quartum pretor.

Putãt nõnulli nihil interesse siquis dixerit quarto pretor & quartum pretor & sic de aliis. Sed magna est certe differentia vt Marc⁹ varro testis est. nam quarto pretor locum significat & tres ante factos: quartum vero significat tempus. Caue igitur diligenter ne perperam hisce vtaris rationibus: ne quid contra veterum atq; eloquẽtiũ morem consuetudinemq; faciamus quare tertium cõsul/ac tertio cõsul non idem significant.

Licet aduerbia ordinis a nominibus ordinis numerũ significantibus formata modo in ũ modo in o terminentur: ea tamẽ nominibus dignitatem significantibus iuncta habẽt diuersas rationes. Nam in o designant locum siue ordinem illius dig-

gnitatis ad cęteros qui ante illa functi sunt. In ū vero numerū significant quotiens idem illam dignitatem gesserit: vt tercio consul est in ordine consulum tertius: quem scilicet duo precesserunt. At tercium consul est qui bis ante gessit consulatū: & nūc iterum gerit pro tercia (si ita loqui phas est) vice. Et sic de cęteris dignitatibus quę pro tempore geruntur & semel habire rursum eedem ab eodem possunt haberi dicendum est.

ccvi. Ruri esse.

Sed ne plura iā sequar (nā īfinita pene huiusmodi pcipi possūt) id tene memoria ꝙ nō rure esse sed ruri esse dicimus. Quod cū festus pōpeius affirmat: tum Terētius comprobat: ait enim: ruri se continebat. Quamobrem siqua reliqua sunt paucis expediamus. Nam cum pro conficiendis ępistolis hec potissimum attigerimus: si salutationis formulam ac regulam iduū/nonarūq; obseruationem patefecerim: iure huic paruo īstituto finē ac modum statuerim. Terentius

Rus nomen tercię declinationis in ablatiuo singulari habet rure quod ordinatur cum verbis motum de loco significātibus vt pater meus rediit rure. Et adiungitur etiam prepositionibus: vt ex meo rure quotānis magnum capio cōmodū. Ruri autem aduerbium est cum verbis quietam in loco significantibus iungendum. vt malo ruri q̄ in vrbe vitam agere. Inde rusticari verbum deponēs est ruri habitare. Deinde auctor propemodum huius operis metam assecutus: que declaranda supersunt aperit.

ccvii. Vale salue.

Vale igitur ac salue verba pro Marci varronis & omnium doctissimorū virorū sentētia idē significare videntur. Quibus nos alias in salutando/alias in contennendo vtimur. Ex quo Terentianū illud est: valeant qui inter nos dissidiū/volunt ac cupiunt. mortuis quoq; & qui mortaliū vita deces Terentius

ſerũt(quibus nullã huiuſce lucis optare ſalutẽ poſ ſumus)nonnũq̃ vale dicimus. Et veteres quondã eiſdẽ idẽ verbũ pro more dicebãt: quaſi nihil amplius viuẽtibus ſibi cũ mortuis futurũ eſſet: & i perpetuũ iã ab eorũ aſpectu diſcederẽt. Nã neq; valent illi neq; ſalui eſſe poſſũt. Ob eandẽ rẽ addũt nõnulli bene/ feliciterq; aduerbia: aut ſiqua alia ſunt eiuſmodi ſignificãtie. Verũtamẽ i ẽpiſtolis ipſis vale dicere in fine cõſueuimus abſq; vlla aduerbij acceſſione: perinde ac amicis vite ſalutẽ ac fœlicitatẽ exoptem⁹. Quid igitur vale ſibi quęrat: quoue illo pacto vtendum ſit noſce.

Arbitrãtur nonnulli vale cum ſalutantis verbum eſt ſolum ſecundas habere perſonas in imparatiuo & ceteris omnibus carere. Qui ſi accuratius conſiderẽt: id verbum nihil in ſignificato differre a verbo valeo es pro ſanum eſſe & ſaluum percipiẽt. Quid enim vale ſibi aliud vult q̃ ſis ſaluus & ſanus? nec aliud quicq̃ recedentes amico per hoc verbum precamur. quare verbum illud cum eo ſalutantes vtimur: imperatiuus ẽ verbi valeo vales ſignificantis ſanum eſſe. Cicero. ſi vales bene ẽ: ego quoq; valeo: quare nec quoquo pacto defectiuum eſt. Inde valitudo anceps vocabulum corporis diſpoſitionem ſignificat: ſi bonam: adiungenda ſunt ei adiectiua/ bona fauſta/ proſpera/ optata/ ſi malam: alia adiectiua oppoſita vt mala infauſta/ aduerſa triſtis & c. Recedentes ergo amici valitudinẽ hoc verbo optamus dicentes. Vale amicorũ dulciſſime: aduenientes autem nõ illo verbo vtimur ſed hoc verdo ſalue: quo tam accedentes primo congreſſu q̃ abeuntes ſalutare poſſumus. Terẽtius. Salue pamphile. i. ſis ſalu⁹. Quare diſcedẽtes recte dixerimus. Salue amicorum optime vel ſaluete amicorũ optimi. In exemplo autem terentiano quod autor in littera adducit valeo aliam habet rationem nec ſalutandi verbũ eſt qui potius contẽptum/ indignationem & ſtomachũ loquẽtis oſtẽdens. Terẽtius in andria. Immo habeat/ valeat/ viuat cũ illa. i. recedat. & faſtidiẽti/ indignatoq; animo recte accõmodatur. Deniq; mortuis vale dicimus eis non corporis ſalutem(nẽpe

Cicero

Terentius

illa cum vita extinguitur)optantes:sed animę fœlicitatem:sedibus vt cœli placidis post fata quiescat. Dum autem viuentibus vale dicitur:cum corporis tum animę salus optatur/oraturq; vt sit mēs sana ī corpore sano. Nec opus ē aduerbia cū salutamus bene fauste feliciter huic verbo adiicere:qñquidem illa in sua ratione īcludit. ꝙ si quis ea adiecerit: diminuta erit verbi ratio minusq; q̄ illis non adiectis significatur. Virgili⁹. Jamq; vale & nati serua communis amorem. Virgilius

ccviii. Dico tibi salutē/iubeo te saluere.

Pro salute autem plerūq; dicim⁹ salutem dico. & siquem salutare cupimus:datiuo casu aptissime apposuerim⁹. vt vale & cęsari dic salutem. Alia quoq; erit salutandi ratio:vt iube scipionem saluere/quod est scipionē saluta. Nam ille modis vī quandam desiderij continet: & pro antiquorum more & consuetudine infinitiuus modus in alium trāsmutatur vt iubeo te saluere id est salue / iubeo te gaudere pro gaude.

Salutationem accommodate hac oratione salutem dicere exprimimus adiuncto datiuo significāte personam quam salutare volumus. vt Cicero Marcello salutem dicit. Iohannes patri suo obseruandissimo salutem plurimam dicit.i.eū salutat. Idē fit per verbum impartio vel impartior exopto & cetera conformis significati vt impartior tibi plurimam salutē/vel impartior te plurima salute vt ꝑcepto centesimo secundo dictum est manifestius Item Cicero marcello fœlicitatem/ salutemq; exoptat & siquę sint similes loquendi rationes. Deniq; idem fit per infinitiuum saluere & verbum iubeo iubes ere pręponendo nomen scribentis(vt in reliquis quoq; modis) in nominatiuo & eius ad quem scribimus nomen in accusatiuo vt iohānes petrum amicorum suauissimum saluere iubet. Cū patrios contigeris lares:oro me os iubeas saluere parentes.i. salutes eos. Nam iubeo non ibi imperiosum verbum est sed scribentis desiderium affectionemq; quod optat īuentis insinuat & significat cupio vel volo. Ouidius. Dii precor hoc iubeant vt eūtibus ordine fatis. Et est ille infinitiuus huius verbi salue saluete. Ouidius

ccix. Meo noie vel meis verbis pro mea ex parte.

Quod vero alij ex mea parte dicunt: mlto quidē ornatius dicitur vel meo noie vel meis verbis.

Meo noie vel meis verbis eleganter calci ępistolarū vbi ali quibus cōmendari petimus adiicitur cum verbis in superiore precepto declaratis. vt charissimis parētibus meo nomine salutem dicas vel meis verbis saluere eos iubeas. i. pro me vł ex parte mea. Sic tuo nomine hūc cōmendatū habeo. Ita suo nomine nostro & vestro itidem dicendum est.

ccx. De calendis nonis & idibus.

Quotam autem cuiusq; mensis diem velimus intelligere: calendis nonis idibusue notamus. Neq; quid illi sibi velint nunc explicare consilium est: sed quo pacto dicamus singulorum mēsium dies & quomodo ab eis denominationem suscipiant. Quamobrem intelligēdum est imprimis primū cuiusq; mensis diem calendarum appellatione vocari: secundum quas nonarum dies constituūtur. Et in aliis quidem mēsibus septima luce. martio/maio/iulio/octobri: in aliis autē quinta: ianuario/februario/aprili/iunio/augusto/septembri/nouēbri/decembri. Atq; omnes hi dies qui calēdas & nonas intercesserint nonarum cognominatione censentur vbi & numerū meminerimus ac nonas ipsas. & ille ablatiuo construit̄ he accusatiuo. Sed inter numerandum & prepostero vtemur ordine/& nonarum diem cōnumerabimus. At nonis exactis proximos octo dies (id quoq; in quolibet mense) iduum similiter cognominatione significabimus: sed pari ratione tum ordinis tum annumerationis: reliquos vero eius mensis quotquot

fuerint dies calendarum appellatione notabim'
qui futuri ac proximi sũt mensis: neq; ordinis ne
q; numerationis ratione i mutata. At id omne ex
emplo illustrandum est: sitq; martius nobis exẽ-
plo cuius curriculum vno actricesimo die confici-
tur. Prima itaq; dies erit calendis martij / secũda:
sexto nonas martij / tertia: quinto nonas martii /
quarta: quarto nonas / quĩta: tertio nonas sexa nõ
dicitur secũdo nonas sed pridie nonas. Septima
dies none erunt martii / octaua: octauo idus mar-
tii / nona: septimo idus martii / decima: sexto idus
martii / vndecima: quinto idus / duodecima: quarto
idus: decimatertia: tertio idus / quartadecima: pri
die idus / quintadecima: idus erunt martii / sexde-
cima: decimo sexto calẽdas aprilis quoniã is mẽ-
sis proximũ sequitur / decimaseptima: decimosex
to calendas aprilis / decimaoctaua: decimo quinto
calendas aprilis / decimanona: decimoquarto calẽ
das / vicesima: decimotertio calendas / vicesimapri
ma: duodecimo calendas / vicesima secunda: vnde
cimo calendas / vicesima tertia: decimo calẽdas / vi
cesimaquarta: nono calendas / vicesimaquĩta: octa-
uo calendas / vicesima sexta: septimo calendas / vice
sima septima: sexto calendas / vicesimaoctaua: quĩ-
to calendas / vicesima nona: quarto calendas / trice
sima: tertio calẽdas / tricesimaprima & nouissima
pridie calendas aprilis. In ceteris omnibus eadẽ
seruanda est ratio dierum. Dierum autem nume
rus haud telateat qui in promptu est omnibus.

Diem quo aut littere scripte suut aut aliqd factũ est: vulgate quidẽ more per nũerũ ordinalẽ dierũ naturali serie se cõsequẽtẽ explicare possum⁹. vt prima die ianuarii has ad te litteras dedi: quĩta die ianuarii vrbẽ accessi & sic de aliis. Sed alter modus est multo elegantior & apud veteres longe frequẽtior quẽ hoc precepto autor declarat. Pro quo notãde sunt alique regule ad litterã intelligendã multũ cõducẽtes. Prima. in vno quoq; mense tres sũt dies calendarũ nonarũ & iduũ appellationẽ sibi peculiariter vendicãtes. Nempe primus vniuscuiusq; mensis dies illius calende vocãtur: in quattuor mensibus martio maio iulio & octobri septimus dies ẽ nonarũ cũ sex habeant nonas. In ceteris aũt octo ianuario/februario/aprili/iunio/augusto/septẽbri/nouẽbri/decẽbri quintus dies est sui mẽsis none: cũ p̃dicti octo tantũ quattuor habeãt nonas. Et cum vnusquisq; mẽsis octo habeat id⁹: nonarꝝ diẽ proxie sequẽtes: quattuor p̃dicti mẽses decimũquintũ diẽ: iduũ denominatione notatũ habẽt: ceteri aũt octo decimũterciũ diẽ habẽt iduũ noie signatũ. Si eñ septẽ diebus octo adieceris protinus nascẽtur quideci. Si vero quiq; dieb⁹ adiũxeris octo cõsurgẽt tredeci. Et ex hac regula vnusquisq; calendariũ nõ notatũ his noibus vel facillie notare modico igenii p̃sidio poterit. Secũda regula Dies ĩter duas p̃dictarꝝ denoiationum extremitates ĩtercepti: a sequẽti suã appellationẽ sumũt/ & nũo eorũ ad pxie sequente hitudinẽ designãte ordinẽ: cõmode explicãtur: noie numeri in ablo singalari masculio: & calendarũ nonarũ iduũ q; noie in actõ plurari collocato. vt q inter calendas & nonas intermedii sũt: illius mẽsis none dicũtur adiecto noie nũerali: & q inter nonas & idus ĩteriecti sũt: illi⁹ mensis idus addito nũerali noie q ordinẽ significet vocãdi sunt: q vero inter idus & proxie sequẽtis mẽsis calẽdas sunt medii calendarꝝ sequẽtis mẽsis: denoiatione cũ noie nũerali addito nũcupãdi sunt: vt qui post idus ianuarii supersunt dies ianuarii: sunt dies calendarũ februarii & relato ad primũ februarii diẽ ordie denoiantur. Sic post idus februarii eiusdẽ mẽsis residui dies sunt dies calẽdarꝝ martii: & ad primũ martii diẽ collatione facta denoiationẽ sortiũtur. Sic qui post idus martii superant in martio dies: sunt dies calendarũ aprilis & ita deinceps. Quare post idus decẽbris residui dies eiusdem mensis: sicut dies calendarũ ianuarii. Quo fit vt vnusquisq; mensis vnum tãtum in se diem habeat: calendarũ nomẽ sortitum: ceteros aũt omnes a precedenti mense mutuatur & habet. id tñ ignoran

dum nõ ē:proximũ diē añ calēdas nonas vel idus nõ noīe nu
merali secũdo cũ accusatiuis p̄dictis esse noīandũ:sed hoc ad
uerbio pridie vt sequēs preceptũ apertius ostendet. vt pridie
calendas/pridie nonas/pridie idus: & nõ secundo calendas/
secundo nonas/secundo idus. Si quid autē ipsis diebus calen-
darũ nonarũ & iduũ nomē sibi primo vendicantibus factum
esse significare volumus:in ablatiuo plurali calendis nonis &
idibus nullo adiecto hec noīa ponemus : vt si prima ianuarii
die littere scripte sunt:dicendũ est eas calendis ianuarii scrip
tas esse/si quinta ianuarii:tũc nonis ianuarii scriptę sunt. si de
cimatercia ianuarii:tũc idibus ianuarii sunt perscriptę. Alios
autē istis interceptos dies explicabimus per nomē numerale
in ablatiuo singulari & masculino genere positũ: & istos pro
xime sequētes accusatiuos calēdas/nonas/idus. vt quod scđo
ianuarii die factũ fuerit:quarto nonas ianuarii factũ esse dicē
dum est. quod sexto eiusdē mēsis die:octauo idus ianuarii:qđ
penultima ianuarii:tercio calendas februarii factitatũ esse an
notandũ est. Cur autē in ablatiuo in prīa scribēdi ratiōe dica-
mus calendis nonis & idibus/& in secũda:noīa nũeralia in a-
blatiuo potiusq̃ altero casu cõstituamus:ī prōptu ē ratio ꝙ
tēpus quo aliquid fit debitę scilicet respõdendũ ad interroga
tionē per aduerbiũ qñ factã:solũ in ablatiuo cõstituendum ē.
vt siquis interroget qñ littere scripte sunt:recte respõdebitur
calendis ianuarii vel quarto nonas ianuarii:perinde atq; debi
te respõdetur prima die ianuarii. secũda die ianuarii. Cur ve-
ro in secũdo loquēdi modo hec noīa nũeralia potius in singu
lari q̃ plurali nũero/potius itē in masculīo q̃ alio quouis gñe:
& calendas nonas idus in accusatiuo ponãtur hanc arbitror
esse rationē quia hec noīa nũeralia ordinem significãt cuiusq;
diei ad ipm diē calēdarũ nonarũ & iduũ: & denotãt quotus ē
qsq; dies ante diē calēdarũ nonarũ & iduũ. quare illi adiecti-
uis noībus:numerũ ordinis exprimētibus hoc substãtiuũ die
suppresse additũ eē intelligitur quo cũ tale adiectiuũ ī debitis
accñtib9 grãmaticalib9 debet cõueīre Subaudit̃ preterea pre
positio ãte:habēs ꝓ suo casuali hec noīa calēdas nonas & id9
ob hoc ī actõ collocãda. vt si qs dicat quarto idus ianuarii trũ
cata ē orõ & īplicita:sicq; explicãda ē:quarto die ante idus ia
nuarii:sic q̃rto nonas ianuarii.i.q̃rto die añ nonas. pridie ca-
lendas ianuarii.i.priori die ante calendas & ita in reliquis.
Tercia regula est in cõnumerandis modo qui dictus ē diebus

dies calendarum nonarum & iduum debet cõnumerari. vt cũ dicimus ianuarium habere quattuor nonas intelligẽdum est ipsum diem nonarum esse vnum illarum. Et cum iterum dicimus ianuarium sicut & ceteros menses habere octo idus: dies iduum vnus de illorum numero intelligi debet. Deniqꝫ cũ dicimus. Ianuarium habere xix calendas: intelligitur hoc connũerato primo ianuarii die qui calendarum dies est. Et ita de cęteris mensibus est dicendum. Si enim non cõnumeraretur dies calendarum nonarum & iduum sed citra illos sisteretur numeratio: non perueniretur ad constitutum numerum dierũ sed semper minor esset numerus q̃ positus est. vt dempto nonarum ianuarii die nõ essent nisi tres dies nonarum / die iduũ remoto non essent nisi septem dies iduum / & die calendarum ianuarii non connumerato tantum essent xviii illius mẽsis calendę. Et sicut hec regula in connumeratione facta per numerum cardinalem declarata est ita in numero ordinali etiã habet veritatem. vt cum dicimus quarto nonas Ianuarii intelligitur annumerato nonarum die quo secluso secundus dies ianuarii non esset ab eo quartus. sed tantum tertius. Ita cum dicimus / octauo idus ianuarii. i. octauo die ãte idus: iduum dies vnus in eo ordine ponitur. quem si seclusum intellexeris: tũc sextus ianuarii dies (qui octauo idus inscribendus est) solum septimus esset a decimotertio die qui est idus ianuarii Cum itidem dicimus decimo nono calendas ianuarii primum ianuarii diem (quę sunt suę calendę) in eo ordine connumerandum esse intelligere debemus / quem si excludimus: tunc decimusquartus dies decembris (hic enim decimonono calendas ianuarii nuncupandus est) solũ esset dicimus octauꝰ a prĩa die ianuarii. Et hoc pacto de cęteris ostẽde. Quarta regula In calendarũ nonarũ & iduũ ãnũeratione ordine ꝑposito vtẽdũ ẽ: & a posterioribus ad priora ꝓcedẽdũ Vñ si naturalẽ dierũ ordinẽ & sitũ seruare volumꝰ a capite scilicet mẽsis cõtinua serie ad finẽ versus ꝓcedẽdo: vtemur ꝑpostero ordĩe numeri ordinalis explicãtis dierũ ordinem ad calẽdas nonas vel idꝰ. & priores dies posteriore maioreqꝫ nũo noĩabimꝰ / posteriores vero minore. sic ꝙ q̃tũ in dierũ serie procedimus tantum decrescat numerus ille ordinalis. in principio quidẽ numerationis maximꝰ: ĩ fine vero minimus. Et hoc pacto auctor ꝑposterũ ordinẽ sumit vt suo ipsius exẽplo aperte cõstat. vt exempli gratia secũdus dies ianuarii ẽ quarto nonas ianuarii / tertiꝰ

tertio nonas ianuarii/quartus pridie nonas ianuarii/ & quint⁹ none ianuarii. sextus octauo idus ianuarii/ septimus septimo idus ianuarii/octauus dies ianuarii/sexto idus/nonus: quinto idus/decimus quarto idus/vndecimus tertio idus/ & duodecimus pridie idus decimustertius autē idus ianuarii nūcupant. Ibi facile ē videre q̄tū est dierū naturali serie sūptorū crementū tantū est numeri. denōiantis decremētū. Si vero naturalē nūi denominantis ordinē seruare volum⁹ a minori ad maiorē procedēdo: vtemur prepostero dierum mēsis ordine: & a posterioribus in medio aut fine cōstitutis dieb⁹ ad mensis principiū numerādo reuertemur. vt quintus dies ianuarii nonę sūt eiusdem/quart⁹ pridie nonas/tertius: tertio nonas/secūd⁹: quarto nonas. Sic decimustertius dies ianuarii sūt id⁹ eiusdē/duodecimus pridie id⁹ vndecim⁹ tertio idus/decim⁹ quarto id⁹/non⁹ quinto id⁹/octau⁹ sexto id⁹/septim⁹ septimo id⁹/& sext⁹ octauo id⁹. Hic naturalis numeri denoiantis seruata est series a minori scilicet ad maiorē cōtinue procedēdo: sed dieꝶ mensis ordo conuersus est. quod liquido manifestat eoꝶ numerus ordinalis: quo ad primū mēsis diem compati denoiantur. nempe hic numerus conuerso ordine explicat⁹ est & maior āte minorem noiat⁹ imo cōuersa serie cōtinue seruata a maiori paulatim ad cōtinue minorē processit. Vnde facile est cognoscere naturalem numeꝶ ordialem dierum esse oppositum numero denoianti dies calendarū nonaꝶ & iduū: vt cum hic recto ordine procedit: ille sit prepostetus: & cū ille recta serie incedit: hic ordinē conuertit pmutatq̄. Et licet hanc ordinis conuersionē non tetigerit autor: est tamen cognitu necessaria presertim iis qui primū hac arte imbuūtur nec assidua exercitatione cognoscunt quotus est quisq̄ dies pro arbitrio sumēdus: a die calendaꝶ nonarum & idiuum: nisi a calendis nonis aut idib⁹ numerationis principiū auspicati fuerint: & cōtinua progressione ad illum qui datus est veniētes tandem eius ad calendas nonas & idus ordinē & interuallum cognoscant. vt qui non tritus ex tempore dicere nesciret quomodo nominandus est octauus dies ianuarii nisi a decimotertio qui iduū dies est icipiēs supputaret idus. pridie idus super duodecimū diem/tertio id⁹ super vndecimū quarto idus super decimū/quinto id⁹ super nonū/& sexto id⁹ super octauū & tali numeratione facta cognoscet prefixum diem nuncupandū esse sexto id⁹ ianuarii quod prius in promptu ignorauit. Prior autem mod⁹ lōgo vsu peri

tis accõmodãd⁹ est qui ex diuturna assuetudie cognoscũt qua lis cuiq; diei denoĩatio attribui debet: &ergo hunc in posterio ribus regulis seruandũ esse duximus Nunc quot quisq; mensis habet nonas & idus: & quot dies ab illis denoĩatos: dictũ est: superest ostẽdere quot dies a calẽdis denoĩatos habeat. differt enĩ(vt ex secunda patet regula) denoĩatio calendarum a denomi natione nonarum & iduũ: q dies qui denoĩantur none vel id⁹: il lius mensis(cuius sunt dies)none & idus vocantur vt in ianua rio dies nonarum & iduũ nominatione notati: sunt dies nona rũ & iduũ ianuarii. Sed dies qui nomine calendarũ censent̃ nõ sunt illius mensis in quo sunt calẽde: nisi primus cuiusq; men sis dies. Nam reliqui dies post iduscuiusq; mensis sunt dies ca lendarum mẽsis sequẽtis. vt cęteri dies post idus ianuarii sũt ca lẽdarum februarii noĩe & ordie denoĩandi & sic i cęteris. Qua re ad cognoscendũ quot dies calẽdarum noĩe in vnoquoq; mẽ se vocãtur sunthec regula est notanda quinta in ordine. Quin ta regula Mẽsiũ calẽdę secundũ numerũ nonarũ pręcedẽtis mẽ sis/et secundũ numerum dierum precedentis mẽsis variantur Ad quã intelligẽdam operepreciũ est cognoscere q̃ ~~octo~~ sũt menses vnius &trigita dierum spacio completi scilicet ianua rius/martius/maius: iulius: augustus: october/~~nouẽber~~/ decem ber. ~~Tres~~ sunt menses triginta dierum scilicet aprilis iuni⁹ sep tẽber. Solus februarius habet octo & viginti dies cũ nõ fuerit ãnus bisextilis. in anno autem bisextili(hoc est trecẽtorum & sexaginta sex dierũ cum scilicet intar diui petri &mathie apo stolorum dies festos duosdies intercedunt medii quod quarto quoq; anno contingere debere astronomica ratione explora tum est)februarius habet viginti nouẽ dies. hec itaq; quinta re gula quattuor regulis(vt clariora sunt omnia)manifestabitur.

Prima regula est cũ mẽsis pręcedens habet quattuor nonas & vnũ & triginta dies tunc sequẽs habet nouẽdecim calenda= rum dies. Nam post decimũtercium qui est dies iduũ: supersũt in eo mense octodecim dies. Nam tridecim & octodeci con= ficiunt triginta vnũ. quibus adiiciatur primus dies mensis se= quentis qui dies calendarum etiam cõnumerand⁹ est per tertiã regulam: resultant nouẽdecim dies. Quo fit vt ianuari⁹ febru= arius: september & december nouẽdecim habeãt dies calẽda= rum: cum december ianuarius augustus & nouẽber & quattu= or nonas habeãt & vnũ & triginta dies. Decimusquart⁹ ergo decẽbris dies vocatur decimonono calendas ianuarii. deci=

musquint⁹ decimo octauo calendas ianuarii:decimussextus decimo septimo calendas:decimusseptim⁹ decimo sexto calẽdas:decimusoctau⁹ decimoquinto:decimusnon⁹:decioquarto calendas/ vicesim⁹:decimo tercio calẽdas: vicesimusprim⁹ duodecimo:vicesimussecund⁹ decembris:vndecimo calendas ianuarii:vicesimustercius decimo calendas:vicesimus quart⁹ nono calendas:vicesimusquintus octauo calendas: vicesimus sextus septimo: vicesimusseptimus sexto: vicesimusoctauus quinto:vicesimusnon⁹ quarto:tricesimus decembris tercio calendas ianuarii.tricesimusprimus & vltimus decembris dies: pridie calendas ianuarii.primus autem ianuarii dies calende eiusdem mensis sunt. Secunda regula est quando mẽsis precedẽs habet sex nonas & xxxi dies:tũc sequens habet xvii calendarũ dies. Nam post decimumquintum qui dies est iduum supersunt in eo mense xvi dies. Nempe xv & xvi conficiunt xxxi:illisq; addatur primus dies mensis proxime sequẽtis q calendarum dies est:cousurgẽtq; xvii dies calendarũ.Quo fit vt aprilis iunius augustus & nouẽber xvii calendas habeãt nã ꝑcedentes proxime mẽses scilicet martius maius iulius october sex habẽt nonas & xxxi dies.vt decimussextus dies maii est decimo septio calendas iunii:decimusseptim⁹ decimo sexto calendas iunii:decimusoctauus decimo quinto:decimusnonus decimo quarto:vicesimus decimotertio: vicesimusprim⁹ maii duodecimo calendas iunii:vicesimussecundus vndecimo calendas. vicesimustercius decimo calendas: vicesimusquartus nono: vicesimus,quintus octauo calendas: vicesimus sextus septimo:vicesimusseptim⁹ sexto calẽdas:vicesimus octauus quinto calẽdas vicesim⁹non⁹quarto calendas/tricesimus tertio calẽdas iunii/tricesim⁹prim⁹&vltim⁹ dies maii pridie calẽdas iunii. Deniq; prim⁹ dies iunii sue sũt calẽde.hoc itidẽ i martio deducit autor. Tertia regl'a qñ mẽsis precedẽs habet trigita dies tũc sequẽs habet xviii calẽdas.Cũ enim oẽsmẽses qui trigita diebus cõficiũtur quattuor tantum habeant nonas/post tredecimũ diem qui est dies iduum/ restant xvii dies Nempe xiii&xvii faciũt triginta illisq; adiciatur prim⁹ dies mẽsis sequẽtis postremus calẽdarum dies/cõsurgũt xviii dies calẽdarũ.vnde patet maiũ iuliũ & octobrẽ hẽre xviii calẽdas/ nã aprilis iunius &septẽber hñt trigita dies Ergo decim⁹qñt⁹ aprilis erit decio octauo calẽdas maii/decimusquint⁹/ decioseptio/ decimussexi⁹/deciosextodecimussepti⁹ decioqnto/decim⁹ octau⁹ decio qrto dcimusnon⁹ decimotertio/ vicesim⁹

duodecimo: vicesimus prim⁹ vndecimo. vicesimus s̄cd̄s decio: vicesimus tertius nono: vicesimus quart⁹ octauo: vicesimus quītus septimo: vicesimus sext⁹ sexto: vicesimus septimus quinto: vicesimus octauu⁹ quarto: vicesimus nonus tertio. Tricesimus & postremus dies aprilis pridie calendas maii: et primus dies maii calende erūt maii. Quarta regula est quando mensis precedens habet xxviii dies: tunc sequens habet xvi calendas: & cum in eodem sūt xxix dies vt in āno bissextili: sequēs mensis habet xvii calendas. Nam post tredecimum qui est dies iduum mensis precedentis: in anno non bissextili restāt xv dies cum xiii & xv faciant xxviii: adiectoq; primo die mensis sequentis sunt xvi dies calendarum. In anno vero bisextili post tredecimum diem supersunt xvi dies huiusce mensis: cum xiii & xvi constituant xxix quibus adiectus dies calendarum perficit numerum xvii calendarum. hinc manifestum est q; sicut nūerus dierū in februario varius est (nam is solus habet xxviii dies) ita quoq; & martii calende variantur: nam modo xvi sunt dies caleudarum martii vt anno non existante bisextili modo xvii vt anno currente bissextili pro varietate numeri dierum februarii. Quare decim⁹ quartus dies februarii (modo ann⁹ non sit bisextilis) erit decimo sexto calendas martii/ decimus quit⁹ decimo quito/ decimus sextus decimo quarto/ decimus septim⁹ decimo tertio: decimus octauus duodecimo: decimus non⁹ vndecimo: vicesimus decimo calendas martii/ vicesimus prim⁹ nono: vicesimus secund⁹ octauo: vicesimus tertius februarii septio calendas martii: vicesimus quart⁹ sexto: vicesimus quit⁹ quito: vicesimus sext⁹ quarto vicesimus septimus tertio. Vicesim⁹ octauus & vltim⁹ dies februarii pridie calendas martii: & primus dies martii calende sunt martii. Cum autē annus est bisextilis tunc decimus quart⁹ dies februarii erit decimo septio calendas martii: & hoc pacto consequēter.

cc xi: Pridie calendas/ pridie nonas/ pridie id⁹.

Pridie autem calendas/ pridie nonas/ pridie id⁹ significat quod vetussimi dicebant die pristini pro aduerbio die pristino. Et sic peruenusto more die crastini & die quinti & die quinto similiter pro aduerbio. Verum nos priscā nimis & horridiorē vetustatē vbiq; fugere ac vitare debem⁹ ac

bene & preclare cęsar precipere solebat tanq̄ scopulum sic fugiendum esse in auditum atq; in solens verbum. Pro genitiuis autem mēsium rectius possessiua nomina finxerimus: vt pro calendis marcii sic venustius dixerimus calendas martias / & ita apriles / maias / iunias / iulias / aut quintiles / augustas seu sextiles / septembrias / & ita ianuarias / & februarias. Quod autem in calendis nonis & idibus ablatiuo casu iūgimus: idem possumus in accusatiuum transferre & ad proponere: sed id significat tempus fere diuturnum. vt ad decimum calendarum febroarii dedisti ad me litteras. Ego vero ad octauum idus ianuatias ad te scripseram habet enim vim temporis vehementiorem hoc posterius.

Diem p̄xime precedentē calēdas nonas & idus nō licet nominare secūdo calendas / secūdo nonas / secūdo idus. nā secundum cum a sequor deducat̄ est quod alterum sequitur: quare secundo calendas est dies sequens calendas: secundo nonas dies sequens nonas: & secūdo idus dies sequens idus. loco igit̄ huius nominis secūdo vtimur hoc aduerbio pridie quod significat priori die: vt precepto cētesimo vicesimo septimo declaratum est. Vltimus ergo cuiusq; mensis dies est pridie calendas mensis proxime sequentis. In mensibus quattuor nonas habētibus quartus dies est pridie nonas & duodecim⁹ pridie idus In habētibus aūt sex nonas sextus dies pridie nonas dicitur: & decimus quartus pridie idus. Sic dies proxime sequens calendas nonas & idus vocari pōt postridie calendas nonas & idus. Vtebantur ātiqui aduerbio pristini loco aduerbii pridie & his aduerbiis quinti sexti crastini loco adiectiuorū. Sed iā hec aduerbia ab vsu recesserūt. Verba autem vsitata amplecti / insitata vero nos fugere debere cum cesar tū Aulus gelli⁹ admonet libro decimo capite septimo dicens. Verbis vti aut nimis absoletis exculcatisq; aut insolentibus nouitatisq; dure par esse delictum videtur: concludens ibidem verbis antiquissi

Aulus gellius

mis/relictisq; & desitis que aures vix pati per insolentiã pos-
sent minime vtẽdum esse. Deniq; ponũtur ab autore duo do-
cumenta. Primũ loco nominũ substantiuorum menses signifi
cantiũ: elegãtius vtimur adiectiuis ab eis formatis: vt scriptũ
calendis ianuariis pro ianuarii: pridie nonas februarias. i. fe-
bruarii: martias pro martii: apriles pro aprilis: maias pro maii
iunias pro iunii: iulias pro iulii vel quintiles: quo noie primũ
ille mensis vocatus est quasi quint⁹ a martio. deinde senatus-
consulto iulius dictus est a iulio cesare inclyto romanorũ im-
peratore. sic augustas dicim⁹ pro augusti siue sextiles pro sex
tilis: quo nomine primũ mẽsis ille dictus fuit ꝙ a martio esset
sextus in ordine mẽsiũ. Deinde a cesare augusto dictus est au
gustusquo ipsius de republica romana bene meriti perpetua
esset apud posteros cum mẽse memoria: septẽbres vel septẽbri
as pro septembris: octobres vel octobrias pro octobris: nouẽ
bres vel nouembrias pro nouembris: decembres vel decẽbrias
pro decembris. nam a quattuor postremo℞ mensium noibus
substãtiuis duplicia formantur adiectiua scilicet tertie declina
tionis in er vel in is exeũtia & secunde declinationis in us. Se
cũdum documentum est ꝙ numerũ quẽ interdum in ablatiuo
sine prepositione ponim⁹: possum⁹ & in actõ ponere adiũcta
ꝑpositione ad: cetera non mutatis vt decio calendas martias
ad te litteras dedi sic elegãter dicitur ad decimũ calẽdas mar-
cias: tertio nonas vel ad tertium nonas: quarto idus vel ad q̃r-
tum idus sine discrimine aliquo. Cicero ad seruiũ sulpicium.
Ad tertiũ calẽdas maias cũ essẽ in cumano accepi tuas litteras
Et i cõpl'ib⁹ locis epl'a℞ eodẽ loquẽdi gñe cicero sepenume-
ro vtitur.

Operis peroratio.

Ne igit̃ plura scribã: hęc mihi sese ipresẽtiarũ ob
tulerũt quę annotatu digniora visa sũt: queq; tibi
multo plus fortasse cõducẽt: q̃ eorũ pręceptiones
qui easdẽ & epistolis & orõnibus tribuũt partes.
Quorũ pęnit⁹ eripiẽd⁹ est error/atq; ita sẽtiendũ
vt i litteris ipsis cõcine/dilucideq; ad te ꝑscriba-
mus ac nostrã sentẽtiã atq; mentẽ q̃cõmodissime
aperiam⁹: cũ hec diligẽter tenueris infinito pene
harũ rerũ numero: alia q̃dã nõ min⁹ fortasse vti-

lia sed multo grauiora subnectã. Quãobrẽ (vt facis) cupidissie studia litterarũ cõplectere atq; ea q̃ indies assequeris ad exercitationẽ accommoda.

Peroratio est qua opus perfectũ significatur in fine eius adiecta oratio & ea opus absolutũ cõpletũq; claudere solet. Oratio secũdũ artẽ rethoricã ex quinq; potissimũ partibus constat: exordio/narratione/diuisione/cõfirmatione/confutatione q b⁹ sexta additur pars scilicet cõclusio. Et has oẽs partes in ẹpistolis seruãdas esse nõnulli cõtendũt & docẽt: quos merito rephẽdit autor tanq̃ ignaros. Quid inter orationẽ & ẹpistolã intersit. Siquidem debet epistola esse breuis/multũq; paucis cõplecti sententiã ne ꝓlicitate fastidiũ ingerat. debet esse clara & dilucidis explicata sentẽtiis: vt lecte clausule sẽtẽtia ꝓtinus se offerat legẽtis animo sine repetita lectione. non paruo igit̃ errore ducunt̃ qui ẹpistolas verborũ ambagib⁹ ita inuoluũt: vt ne sphingis quidẽ domitor œdipus illas enodare posset per suasum habẽtes tũ demũ se recte scribere: cũ vir intelligẽdas scribũt epistolas. Debet postremo ẹpistola elegantie stosculis esse respersa: vt suus cuiq; sententie sit decor/sua cuiq; orationi venustas ex his preceptis desũpta: nulli tũ pro futuris nisi frequẽs assit exercitatio. Sane hãc elocutionis artẽ (vt Cicero) adipiscemur si preceptionis rationem: diligentia con seq̃mur exercitatiõis. Ea siqdẽ pria est artis oĩs magistra. Cicero

In triginta regulas elegãtiarũ Francici nigri Iudoci Clichthouei ne oportuẽsis cõmentarius.

ELegantia est venusta verborũ cõcinnitas dulcẽ auribus sonũ afferẽs. Cuius quidẽ generales regulẹ sũt trigita. Pria regula Laudabitur illa oratio que obliqua dicitur: & apo sterioribus incipiens dictionibus in verbum sepius q̃ in aliã orationis partẽ finiat. vt Cẹsar adeptus est monarchiam imperii summis virib⁹ quod elegantius dicitur. summis viribus: imperii monarchiam cẹsar adeptus est.

Sicut in corpore debita membrorum proportio adinuicem vt vnum alteri apte respondeat: illorumque ornatus & decētior cultus elegantia est: sic in oratione pulchra dictionū adinuicē ordinatio/ vniuscuiusque suo loco apta collocatio elegātia dicit. Et sicut concordantibus neruis cythara dulci modulatione p sonat: & audiētium animos magna capit ducedine. Sic oratio elegans & culta permulcet audientes/ & gratissime illorū illabitur auribus. Ad orationis ergo elegantiam recta cuiusque dictiouis cōstitutio requiritur: sicut ad placidam modulationē chordarum omnium concordia. Quod quītilian⁹ testatur libro secundo de īstitutione oratoria. Sicut cythara (in quid) ita oratio perfecta non est nisi ab imo ad summum omnib⁹ intenta neruis consentiat. Idem in nono. fœlicissimus sermo est cui & rectus ordo & apta iunctura & cum his numer⁹ oportune cadens contingit. Pro inde ad cognoscendum dictionum in oratione aptiorem situm: triginta notande sūt regulę. Quarum prima est eodē cum secundo pręcepto augustini prius posito. Oratio quidem obliqua dicitur in qua obliqui primū sibi locū vendicant rectis prepositi: & que in constructione posteriora sunt: situ priora: que vero priora cōstructione: posteriora in oratione collocētur. vt virtus cōmendat suos cultores magnis preconiis: sic elegātius: magnis preconiis suos cultores virt⁹ cōmendat. Potius itidem verbo q̄ alia quacunque dictione claudēda est oratio. Quintilian⁹ in nono. Verbo sensum claudere: multo (si cōpositio patiatur) optimū est. In verbis enim sermonis vis in est. Salustius Concordia paruę res crescunt: discordia magnę dilabunt. Manarchia/ principatus vnius: & venit a monarcha e' quod nomē gręcū vnū principē latine significat.

Quintilian⁹

Quītilian⁹

Salustius

Secunda regula.

Commendabitur quoque oratio que dictionem habeat vniuersalem affirmatiuam vel negatiuam i fine/ vel aliquod insigne nomen/ vel aduerbium. Exemplum primi. Omnes laudant ea que vir bonus facit. quod venustius dicitur. Que vir bonus facit laudant omnes. Exemplum secundi Ego neminem habeo quem magis diligan te. Quod pulchrius dicitur Quem te magis diligam: habeo ne

minem. Exēplū tertij. Egregia sūt ea que scribis ad me quod concinius est. Que ad me scribis sūt egregia. Exēplū quarti. Ego oīa diligēter perfeci q̄ iussisti michi: quod eloqnentius dicitur. Que michi iussisti perfeci omnia diligenter.

Hec regula quadripattita est. Prima pars dictiones vniuersales affirmatiue vt omnis & sui casus elegāter in fine orationis ponuntur. vt tuam virtutem mirantur omnes. Que michi iusseris exequar omnia. Secunda dictiones vniuersales negatiue vt nemo nichil/nescio/ignoro/nūq̄ nusq̄ elegāter in fine orationis ponuntur. vt me tui amantiorē habes neminē. Virtute preclarus est nichil. Et hec pars septimo augustini p̄cepto itidē declarata est. Tertia. Nomē insigne eleganter ponit̄ in fine orationis. Insigne nomē dicitur quod excellentiam & eminentiam significat: quale est preclarus/egregius/ eximi⁹ insignis/nobilis illustris/generosus prestās/ excellens/ ingenu⁹ & consiliam. Vt que Alexander ille magnus edidit opera: sūt preclara. Quis Iulii gesta negauerit esse eximia? Virtutis preconia sunt insignita. Quarta. Aduerbia eleganter in fine ponuntur presertim que qualitatem significant. vt diligenter vigilanter exacte/accurate familiariter & cetera id genus. Terētius. Faciam id equidem sedulo. Idem. Reiecit se in eum flēs q̄familiariter. Te multos annos vsus sum familiariter. Aduerbia itidem superlatiua in calce orationis apte locantur. vt tue voluntati parebo q̄libentissime. Plura de aduerbiorum situ: tertio augustini precepto requirenda sunt. Terentius

Tertia regula.

Nomē adiectiuū elegātius substātiuo p̄ponit̄ vt virt⁹ sūma/iperiū magnū/cōsiliū vtile: melius enī dicit̄: sūma virtus/magnū iperiū/ vtile consilium & huiusmodi.

Hec regula sexto augustini p̄cepto cōsonat: & de adiectiuis noīalibus pronoīalib⁹ & pticipialib⁹ intelligēda traditur: nōmin⁹ in carmīe q̄ i p̄sa. vt sincer⁹ amor: sūma beniuolētia. laudata virtus crescit. Quītilian⁹ in duodecīo: Nihil ē tā occupatū: tā m̄ltiforme tot ac tā variis affectib⁹ cōcilū atq₃ laceratū q̄ mala mēs. Quis ītē hęc litteris aut vlli bonę arti cult⁹? Nō

hercle magis q̃ frugibus in terra sentibus ac rubis occupata

Quarta regula.

Inter adiectiuum & substãtiuũ semper aliqd ē i terponēdum vt maxīa virtus cęsaris summa laude sēper extollenda est: quod elegantius dicitur. maxīa cęsaris virtus sũma sēꝑ laude extollēda ē.

Hec regula quattuor habet partes. Prima ĩter adiectiuum & substãtiuũ venuste ponitur genitiuꝰ aut alius casus ab adiectiuo aut substãtiuo rectus vt magna virtutis claritas mirũ in modũ relucet. Secunda inter adiectiuũ & substãtiuũ ĩ gtō casu posita eleganter ponitur genitiuus vel alius casus regens illius substãtiui. vt tui beniuolentiã aĩ haud satis laudare possem. Magnę viꝝ sapiētię cōmēdare solēt oēs. Et has duas ꝑtes quĩtũ augustini preceptũ explicuit. Tercia est ĩter adiectiuũ & substantiuũ elegãter prepositio(cuius substantiuũ ē casuale)aut prepositio cũ suo casuali inter seritur vt tuã propter hũanitatē magnũ ĩ omnes amorē ostēdis. Sũma in deũ religio obseruãda est Et hanc ꝑtē quarto precepto augustinus tradit. Quarta pars. ĩter adiectiuũ & substãtiuũ elegãter ĩtercedit ꝓnomē/verbũ/aduerbiũ/aut altera a supradictis pars orōnis vt perpetuo tibi obsequio deuictꝰ sũ. Modesto & ĩgœnio: q laudare magis q̃ laudari petit. Magno videtur honore dignus q honorē parui facit Quĩtilianus. in decio. Pigri est ingœnii cōtentũ esse his quę sunt ab aliis inuēta. Idē in duodecio. Breuiꝰ ē institutio vitę honestę beatęq; si credas: natura eñ nos ad mentē optimã genuit: adeo dicere meliora volētibus prōptũ ē: vt viuere intuēti mirũ sit illud magis malos esse tam mltos.

Quinta regula.

Quotiēscũq; ab apposito alicuius verbi secũdarij orō ĩcipit quod subito relatiuũ sequaᵗ: elegantius ĩter relatiuũ & an̄s secũdariũ verbũ poniᵗ. vt Gneum pōpeiũ: q romanorũ auxit ĩperiũ: sũmopere diligo. Venustius enĩ dicitur. Gneũ pōpeiũ summopere diligo: qui romanorum imperium auxit.

Appositum est obliquꝰ post verbum rectus: a quo incipere

dicitur orõ: cum in principio orationis nullo precedente po=nitur. & illud frequētius est antecedens. Verbum autem secundarium: est quod secundum in oratione inter verba locum habet: & tale verbum est a quo obliqu⁹ ille in pricipio orationis positus regitur: quare non imerito ātecedentis verbum appellatur. Verbum autem primarium est āte quod nullū aliud ponitur verbum: quasi primum locum obtinens: & tale in otõe prima & nõ eleganti est verbum relatiui. Dicit ergo regula ꝙ quando oratio incipit ab antecedente obliquo recto a verbo alterum verbum sequente: & post talem obliquum i mediate. sequitur relatiuum cum suo verbo quasi parenthesi inclusum: eleganter verbum secundarium ponitur inter obliqui illū & relatiuum: fitq; verbum primarium/ & verbum relatiui fit secundarium vt amicitiam (que sūmum est inter hoīes bonū) i primis laudo. Elegātius dicitur. Amicitiam imprimis laudo q̄ sūmū est inter hoīes bonū. Ibi verborū situs mutatus est.

Sexta regula.

Si fuerit relatiuū ī obliquo casu positū venustius antecedēs i relatiui casu positū postponet vt virtutes: quibus ab incūte ętate studuisti: immortalitati nomen tuum commendabunt quod elegantius dicitur: quibus virtutibus ab ineunte etate studuisti immortalitati nomen tuum cõmendabūt.

Hec regula vndecimo augustini precepto respondet: docet q; cum oratio ab antecedēte noīatiui casus incipit: verbi aut adiectiui in calce orationis positi supposito vel substantiuo: & post antecedens ponatur relatiuū in obliquo: ꝙ elegantius antecedens mutatur in eundem obliquum casum cum suo relatiuo: q̄uis tunc cum adiectiuo aut verbo postremo dissidere videatur. Et licet illud antecedens mutatum in casum relatiui preponi posset. Terentius in eunucho. Eunuchū quem dedisti nobis quas turbas fecit: elegantius tamē postponitur antecedens suo relatiuo. Et hec regula presertim locum habet i hoc relatiuo qui que quod: vt littere quas ad me dedisti fuerūt gratissime. Sic elegantius dicitur: quas ad me litteras dedisti fuerunt gratissime.

Septima regula.

Quādo ē aliquod substātiuū cū prępositiōe aliq̄ iunctū qđ sit de natura precedētis vł subsequētis

clausule: ꝑpositionẽ i relatiuũ vertimus & verbũ substãtiuũ adiũgimus: vt ꝓ tua hũanitate mlta in me beneficia cõtulisti. quod elegãtius dicit̃. q̃ tua hũanitas ẽ mlta i me bñficia cõtulisti. & sic i cetis

Si nomẽ substantiuũ accusatiui vel ablatiui casus ponat̃ cũ prepositione: potissimũ cũ istis/ob/propter/secundũ/pro & similibus: elegãtius mutabitur illa prepositio i relatiuũ qui que quod noĩatiui casus eiusdẽ nũeri & generis cum noie substãtiuo casuali prepositionis: & illud nomẽ substantiuũ etiã ĩ noĩatiuũ trãsferri debet vt relatiuo in genere nũero & persona respondeat: deniq; adiungendum est verbum substantiuũ sum es est: cuius hoc substantiuũ erit suppositum. vt secundum benignitatẽ sua christus nos redẽit. sic elegantius dicitur. quę sua benignitas est/christus nos redemit. Sic pro mea in te beniuolentia hoc te munere donare volo. Sic elegantius: quę mea in te beniuolentia est hoc te munere donare volo.

Octaua regula.

Sępius relatiuũ quod verbo primario additũ est: ad secundariũ transferimus. vt Cicero q̃ eloquentissimus fuit: ceteris oratoribus in dicẽdo prestitit quod elegantius dicemus. Cicero eloquentissimus fuit: q̃ ceteris oratoribus in dicẽdo prestitit

Antecedẽs & relatiuũ cũ diuersis verbis cõstrui debere aut eodem geminato notũ est: cũ ergo relatiuũ additur verbo primario id est primo loco posito & antecedẽs verbo secũdario & secundũ verborũ locũ sortio: elegantius relatiuũ ad verbũ secũdariũ transfertur & antecedens ad primariũ. vt quod prim⁹ fuerat verbũ relatiui: fiet verbũ antecedentis: & verbũ antecedentis fiet verbũ relatiui. vt virgilius qui poetarũ doctissimus fuit: ceteros poetas carmĩe antecellit. sic elegãtius dicitur. virgilius poetaꝝ doctissimus fuit: qui ceteros poetas carmine antecellit. Ibi verba eodẽ suo seruato situ sua supposita permutãt. in cuita quidẽ regula antecedẽtis & relatiuũ sua seruabãt verba: verboꝝ tñ ordo mutatus ẽ. hic vero cõtra idẽ ordo verboꝝ seruatus ẽ. sed adiũcta eoꝝ scilicet antecedens & relatiuũ variata sunt. Nempe verbum antecedentis cum relatiuo: & verbũ relatiui cum antecedente posterius iungitur.

Nona regula.

Si aliquod habuerimus vel nomē vel aduerbiū i signe: elegantius illud cū qdē vel idē pnoīe post ponemus. Exēplum primi vt marcus tullius ora tor singularis fuit: quod venustius dicitur. Mar= cus tullius orator fuit & quidem singularis. Exē plum secundi. que michi iussisti omnia libenter p feci. quod elegātius dicitur: quę michi iussisti om nia perfeci & quidem libenter.

Duabus partibus hec regula partita est. Prima est q adiectiuum insigne excellentiam denotans elegāter suo substā tiuo postponitur cum pronomine idem hic vel is/vel cū con iunctione quidem vt accepi ex te litteras michi gratissimas: sic elegantius dicitur. ex te litteras accepi & easdē michi gra tissimas. Cicero orator est pręcipu9 sic elegantius. Cicero ora tor est: & quidem pręcipuus. Et id in omnibus quoq adiecti uis seruandum est etiam non significātibus excellētiā. Secū= da pars. Aduerbium insigne elegāter suo verbo postponitur intercedente hac cōiunctione quidem. vt iohannes me amat singulariter: sic elegantius iohannes me amat & quidem sigu lariter. Et hoc ī omnibus aduerbiis qualitatis obseruare ope= precium est: vt que tibi profutura cognoscam exequar & qui= dem diligenter.

Decima regula.

Sicut in mediocri stilo dicēdi a re nuda prius in= cipere oportet deinde illam exornare: sic in stilo graui ab exornatu incipere debemus. Exemplū primi. Pompeius omnium romanorum tum ar= mis tum consilio facile princeps fuit. Exemplum secundi. Omnium romanorū tum armis tum con silio facile princeps magnus pompeius fuit.

Duplex est stilus id est scribendi caracter & modus: vnus qui dem grauis/sublimis/altiloquus/ grādiloquus quo res magne & prope modum diuinę memorantur. vt hic historiographis aut diuina conscribentibus peculiaris est Alius est facilis & le uis/quo res familiares & pro temporis conditione oblatas a micis scribimus: quo in ępistolis vtendum est & hic inferior & familiaris: ille vero superior appellatur. In stilo ergo medio cri primo res nuda & sine aliqua ferme elegantia componi de

bet:deinde rudis oratio paulatim exornari. pinde atq; picto-
res indigestam primũ figuram & confusa trahunt lineamen
ta: postea singulis membris suum addunt decorem & singula
verius: distinctiusq; efformãt. In stilo autem graui ab ornatu
exordiendum est: nichilq; dicendũ nisi cultum & seruatis ele
gantię regulis decoratum. vt nullus posset satis exprimere di
gnitatem vere amicitię: sic i stilo facili exornatur. Vere digni
tatem amicitię verbis cõsequi posset nemo. In graui vero sic.
Sũmam veri amoris dignitatem ne humana quidem lingua
eloqui satis poterit.

Vndecima regula.

Genitiuus casus sẽp ceteris ꝑponit̃ vt cõsiliũ op-
timi viri qđ elegãtius dicitur optimi viri cõsiliũ.

Hec regula octauo augustini precepto cõcordat. Cũ dictio
recta elegantius precedat dictionem regentem q̃ regẽs rectã
siue sit nomen siue altera pars orationis: genitiuus ab altero
casu rectus elegantius preponitur sue dictioni regenti. vt Ro
manorum virtus totius mundi imperium adepta est: melius
q̃ virtus romanorum adepta est imperium totius mũdi. Quin
tilianus in septimo Probi vero mores & anteactę vitę integri
tas nũq̃ non plurimum profuerũt. Cum autem dictio regens
genitiuum est casuale alicuius prepositionis: eleganter inter
prepositionem precedentẽ & suũ casuale ille genitiuus rectus
interponitur. vt ob virtutis excellentiam debẽt illam omnes
colere. Pro animi tui beniuolentia hoc fecisti melius q̃ ob ex
cellentiam virtutis: vel q̃ virtutis ob excellentiam.

Duodecima regula.

Si gerundiũ verbũ habuerinus cũ suo apposito:
illud in gerũdij casu ponemus ac ambo inuicẽ cõ-
cordabimus vt veni gratia amãdi virtutem quod
venustius dicitur veni amandę virtutis gratia.

Hec regula nono augustini precepto conuenit. & docet ꝙ
cum gerundium vel genitiui vel accusatiui vel ablatiui casus
a verbo transitiuo veniens ponitur ĩ oratiõe latina cũ actõ ca
su: ille accusatiuus elegantius mutatur in eundem casum cuiꝰ
est gerundium: & gerundium in eundem numerum & genus
cuius est ille casus substantiuus: & ex gerundio cum suo appo
sito (est enĩ appositũ gerundii obliquus post gerundiũ rectꝰ)

constituetur oratio ex adiectiuo & substantiuo. vt homines nati sunt gratia acquirendi virtutem sic elegantius: homines virtutis acquirēdę gratia nati sunt: vel hoies acquirēdę virtuti nati sunt. Similiter ad consequendum artem exercitium est necessarium: sic elegantius. Ad consequendā artem exercitiū est necessarium. Sic in cōponēdo ępistolis breuitati studendū est potius q̄ in cōponēdo ępistolas. Gerundiū quidem si noīatiui casus est: adiungitur verbo substantiuo sequente presertī datiuo aut casu sui verbi vt ab eundum est michi id est debeo abire. Ouidius. vtendum est ętate: cito pede labitur etas. Gerundia in di ponuntur cum nominibus substantiuis aut adiectiuis genitiuum postulantibus vt miro afficior desiderio te videndi vel sum cupidus te videndi. Quintilianus in xii. Neq; enim video quę iustior acquirēdi ratio q̄ ex honestissimo labore: & ab his de quibus optime meruerint cum & Xeno/cleantes/chrisippus mercedes a discipulis acceptauerint. Gerūdia in dum accusatiui casus ordinantur cum prepositionibus ad/circa/ob/propter/inter/ante/ & in: vt ad colendum litteras opus est labore circa instituendum iuuenum animos magna cura adhibenda est. Virgilius in georgicis Et ante domandū ngentes tollent animos Gerundia in do datiui casus verbo ïsine prepositione iunguntur. vt dedi operā agro colendo. Sed ablatiui casus ponuntur cum istis prepositionibus de/ex/a/vł ab/cū/i. Vt quid de veniēdo statueris scire velim. Ex patiēdo q̄ ex vindicādo maior gła cōparatur. A colēdo virtutē nūq̄ animū itermittere debem⁹. Tertiadecima regula. Ouidius Quītilianus

Si fuerit aliquod relatiuū īter duo substantiua: illud poti⁹ cū sequēti q̄ cū precedēti cōcordamus.

